This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

WIDENER LIBRARY
HX Q4FD M

Class 9470.2 Bd. Feb. 1885



The Gift of
Henry G. Denny, Esq.
of Boston.
25 March, 1859.

f. 41

NOVA ACTA

SOCIETATIS LATINAE JENENSIS.

Societas Latina Jenensis.

EDIDIT

D. HENR. CAROL. ABR. EICHSTÄDT

SER. DUC. SAX. A CONSIL. AUL. ELOQU. ET POES. PROF. P. O. BIBLIOTHECAE ACAD. PRAEFECTUS SOCIETATIS LAT. DIRECTOR.

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE

IMPENSIS C. H. RECLAM. 1806.

class 9470.2
~~[illegible]~~

1859, Mar. 25.
Gift of
Henry G. Denny, Esq.
of Boston.

EPISTOLA

EDITORIS

AD

JOANNEM HENRICUM VOSSIUM

VIRUM CELEBERRIMUM.

Henr. Car. Abr. Eichstädt

Joanni Henrico Vossio

S. P. D.

Instauratae Societati Latinae, neminem habui meorum omnium amicorum, qui Te magis faveret, Celeberrime Vossi, lubentiusque mecum speraret fore, ut haec instauratio Principum nostrorum, quorum benignitatem aliis in rebus experti praedicamus, auctoritate sanciretur. Quo pacto necesse erat illud consequi, quod jam pridem in votis habuimus, ut Societati Seminarium aliquod philologicum adiungeretur, quod et Academiae nostrae novam laudem, et literis perpetuam quamdam utilitatem afferret. Sed ea nuper tempora inciderunt, Musis infesta et Germano nomini calamitosa, quibus spem illam, etiam pu-

blice factam et aliquoties iteratam, non abjicere quidem, sed tamen differre cogebamur. Interim nihil cessavit Societas; nihil nec de solitis laboribus nec de novis officiis remisit, sic intenta consilio suo et exspectationi eruditorum, ut operae pretium facere anniteretur. Exstiterunt enim per hoc sexennium septuaginta et novem adolescentes, qui alio nullo, nisi quod ipsae literae spondent, praemio excitati, in Societate nostra tum scribendo disputandoque Latine, tum interpretandis veterum scriptorum monumentis assidue exercerentur. Eminuerunt inter eos, qui studiorum, Societatis exercitationibus addictorum, etiam publica specimina ederent, tam bene-

vole excepta ab idoneis judicibus, ut probati suis scriptis juvenes mox ad publica munera, in scholis vel majoribus vel minoribus suscipienda, vocarentur. Fuerunt exteri, et numero plurimi, et dignitate meritisque amplissimi, qui amorem illum suum, quo in artes humanitatis gloriose incumbunt, in nos quodam modo transfunderent, vellentque nobiscum hoc literarum consortio conjungi. Denique, quod primo loco commemorari oportebat, in his honorariis Sodalibus haud defuerunt, qui vel suas vel amicorum scriptiones aliquot meditas nobiscum communicarent, divulgandique et ad eruditorum notitiam et usum propagandi potestatem concederent.

Haec igitur doctissimorum virorum scripta, per Tuam quoque liberalitatem aucta, et nunc in unum corpus collecta, offero Tibi munus, Praestantissime Vossi, si ex opera a me navata spectes, exiguum aut mediocre, si ex animo et consilio, magnum. Nam congerendi hujus operis atque edendi consilium ejusmodi est, quod a Te, consiliorum meorum gravissimo vel auctore vel adjutore, uti probari maxime cupio, ita non improbatum iri spero atque confido. Nil dicam de dotibus horum munerum, quae quum per se sufficiant ad ipsorum commendationem, tum si verbum de iis addiderem, haud liberaliter de lectorum ingeniis judicare viderer. Sed

quemadmodum datam olim in Acroasi, quam pro Societatis Latinae instauratione scripsi, fidem novis his Actis liberare, institutique nostri progressiones ac successus, etiam nominibus Sociorum vel honorariorum vel ordinariorum proferendis, ostendere et tamquam publico testimonio declarare volui: ita hoc ipso sapientissimis Academiae Jenensis Curatoribus Societatis Latinae rationem denuo commendari, Seminarii philologici publice constituendi necessitatem iterum probari, omninoque cum iis studiis, quae ab humanitate nomen tulerunt, ipsam dicatam illis Societatem excitari posse existimavi. Nam quod de arte olim scripsit vir ingeniosus, id magis etiam

valet de literaria Societate: quae ut hominum studiis floreat, opus est, non solum viris egregiis, qui eam colant, artesque in ea faciliant, et profiteantur; sed ipsa quoque Societas veluti in lucem prodire debet et vocem efferre suam, qua Sodalium opera ad publicam notitiam celebrentur, ingeniaque ad ejusdem laudis, e literarum studio capiendae, cupiditatem incendantur.

Ac profecto si quod umquam tempus fuit, quo et juvenum animi priscae virtutis ac sapientiae stimulis incitari, et virorum studia antiquae praestantiae et ingenuitatis imagine confirmari, ali, sustentari debebant: ea, proh dolor! nostra haec aetas est, Vossi, qua gliscente in dies do-

minationis libidine, servitutem abjecte serpere, et, quae ejus perpetua comes est, foedam barbariem emergere e tenebris, atque immane caput, cui lumen ademptum, extollere videmus. Hac ego quidem tempestate nihil antiquius habendum puto, quam ut omnes, quibus artes humanitatis et ipsa humanitas curae cordique sunt, studiorum foedera jungant, juncta renovent, renovata denique sanctissima religione tueantur.

Non opus est pluribus. Nam intuenti mihi in Te, Vir Praestantissime, quem in primis antiquarum literarum antistitibus veneramur, et in quo priscae virtutis ac fidei luculentissimum exemplum nostratibus ac posteritati propositum,

et supra improborum invidiam et calumnias evectum esse boni omnes fatentur, dici non potest, quantopere animum victricis humanitatis ope erectum sentiam atque corroboratum. Utinam aliquando, quae nos disjunxit Fortuna, blanda manu disjunctos conjungens, in vitae Tuae societatem, qua nulla mihi neque ad fructum uberior neque ad voluptatem suavior exstitit, amicum ad amicum reducat! Utinam aliquando illa tempora, quibus Te coram fruebar, quorumque jucundissimam memoriam animus perpetuo retinebit, ita redeant, ut conjunctissimae nec umquam dissociandae vitae familiaritas, mutuae benevolentiae artissimis vinculis adstricta, redintegretur!

At quando hoc animi desiderium explebitur? Quando Jenensibus Tuis, quando Vimariensibus amicis, quos Tua Tibi integritas conciliaverat plurimos, ad novum voluptatis honestissimae fructum restituêre? Quando mihi redditus, pristinam animo meo reddes hilaritatem, qua hanc tristitiam temporum condiamus? — Felices nunc Heidelbergenses, quorum reviviscentem jamjam et ad pristinum decus resuscitatam Academiam Tua quoque praesentia illustrat! Paene inviderem huic tantae felicitati, nisi Creuzerus, Schwarzius, Friesius horumque similes essent, qui in Tuam nunc consuetudinem recepti, Te Tuamque totam domum admirabili quo-

dam amoris ardore complecterentur. Quorum amicorum pia in Te voluntate, quam mihi secum esse communem sciunt, dolorem, ex abitu Tuo susceptum, quum animo depellere non possim, certe levare et consolari conabor. Vale, vale, mi Vossi. Scribebam Jenae, d. X. Aprilis a. CIↃIↃCCCVI.

INDEX EORUM

QUAE

PRIMO HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

I. C. G. Bardili de Archyta Tarentino Disquisitio. p. 1 — 16.

II. Lud. Frid. Heindorfii ad Henr. Car. Abr. Eichstadium Epistola Critica in Platonis Theaetetum. p. 17 — 36.

III. Philippi Buttmanni Criticae Annotationes in locos quosdam Ciceronis. p. 37 — 64.

VI. Frid. Guilielmi Stürzii de vocabuli γόης significationibus Commentatio philologica. p. 65 — 78.

V. De Friderici Sylburgii Vita et Scriptis Oratio dicta in Electoris Hassiaci natalitiis 1803. Marburgi a Geo. Friderico Creuzero. p. 79 — 96.

VI. Christian. Theophil. Wernsdorf de Livii aliquot codicibus Helmstadiensibus. p. 97 — 138.

VII. G. G. Bredow in Ciceronis, Sophoclis, Plutarchi aliquot locos criticae Observationes. p. 139 — 152.

VIII. Frider. Roth Carmen saeculare, supremo saeculi XVIII die dictum. p. 153 — 160.

IX. Carmen Diogenis Laërtii de Eudoxo Lib. VIII. fin. metro suo restitutum a G. F. Grotefend. p. 161 — 168.

X. Friderici Augusti Bode de summa poëseos perfectione in dramate Graecorum exhibita. p. 169 — 188.

XI. Henr. Carol. Abr. Eichstadii in Plutarchea quaedam e poëtis hausta Animadversiones p. 189 — 202.

XII. Joh. Friderici Christii Anecdota quaedam in gratiam Christiani Felicis Weissii descripta a Frid. Volgango Reizio. p. 203 — 220.

XIII. Alcaei Hymnus in Mercurium, e fida Horatii (Od. I, 10) versione, quantum fieri poterat, restitutus a G. F. Grotefend. p. 221 — 230.

XIV. Gregorii Gottlieb Wernsdorf Animadversiones criticae in Ciceronis Orationes pro Ligario, pro Rege Dejotaro et pro Lege Manilia. p. 231 — 258.

XV. Ciceronis locos nonnullos libri I de Officiis et Laelii emendavit atque illustravit Aug. Gotth. Gernhard p. 259 — 270.

XVI. Jo. Christiani Wernsdorfii de Constantiniana Daphne in numo Constantini M. Commentatio. p. 271 — 312.

XVII. Jo. Christiani Wernsdorfii Meletema de Charistiis Romanorum et succedente iis in ecclesia die cathedrae vel epularum S. Petri. p. 313 — 362.

XVIII. Johann Heinrich Voſs Über die Hekate. Zur Erklärung der Zauberidylle Theokrits. p. 363 — 385.

XIX. Pindars erster olympischer Siegeshymnus, metrisch übersetzt von G. F. Grotefend. p. 386 — 400.

XX. Sodalium honorariorum, qui Societati Latinae inde ab ejus instauratione anno 1800 adscripti sunt, nomina. p. 401 — 409.

XXI. Sodalium ordinariorum nomina. p. 410 — 416.

Archytas Tarentinus.

Scripsit

C. G. Bardili.

C. G. Bardili

de

Archyta Tarentino

Disquisitio.

Frequentes hodieque ejus generis scriptores, quibus omnem, ab ingenio humano in indagandis rerum causis collocatam, operam ab ipsis philosophiae primordiis persequi placet, quamvis multa subinde in lucem proferant, hucusque vel neglecta, vel perperam ab aliis exposita: videntur tamen plerique eorum antiquissimis Graecorum philosophis parum, subsequentibus nimium tribuere.

Constitutis atque dispositis, uti par est, rei alicujus elementis, cetera, quae inde nascuntur, ad incrementum capiendum valida jam laetis principiis, ac facilia sunt. Neque vero ista, in quibus philosophi industria versatur, sensum omnem antegressa, rerum cognoscendarum rudimenta ejusmodi sunt, ut ab observationibus, per multa secula continuatis, et a physicarum conditionum explicita notitia pendeant,

(*Garve, Legendorum veterum philosophorum praecepta nonnulla et exemplum.*) —

Potest enim animus, aciem suam unice in se ipsum vertens, vel supremam adeo, quam in cogitando sequitur, legem meditando assequi, vel, ratiociniis magis quam

experientia ductus, eam inprimis cognitionis suae partem investigare, quae est ipsi propria, nec a rebus aspectui subjectis et a materiae vicissitudinibus petita: ex quo efficitur, ut universae philosophiae (purae) non mediocris perfectio a mentis intra se continendae, nec nisi ad sua intendendae, partim ingenerata partim acquisita facultate, in uno forsitan paucisve hominibus commode proficisci queat. Percelluntur praeterea primi causarum investigatores novitate multarum rerum, quae attritae posthac, nimiumque vulgares, vix subtilissima posteritatis ingenia tangunt, quarum tamen ratio habenda erat, ut ad veritatis inventionem aditus esset [1]). Patet

---

1) Errant, qui *philosophando, nova* quaeri putant atque insolita. *Ingeniosis* haec data venia, quin ab ipsâ naturâ haec proprii partûs ingenerata est indoles, ut novi quid nunquam non proferre possint; *philosophis* contra ea, nihil se scire, cum Socrate fatendum; si quidem ii modo scire aliquid existimentur, *qui novi quid sciunt*, vel experientiae, qua praecellunt, raritate ac ambitu, vel inexhaustâ imaginum, in quas animi sensa facete formant, varietate. Antiquius nihil est eo, quod a philosopho quaeritur, nihilque pervulgatius; *sed quaerendum tamen, quoniam quotidiano usu ab omnibus tritum, omnium attentionem, nisi quaeratur, praeterit. Desuetudo consueti, ut cogitando amplecti et assequi possimus id ipsum, quo, ut quisque cogitat, ita quisque, dum cogitat, continuò fruitur*, prima est atque potissima *philosophandi* conditio; ὡ γὰρ ἧττον ἡ νοερὰ δύναμις πάντη κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε τῷ σπᾶσαι δυναμένῳ, ἧπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ. Quo angustius ideo olim erat adhuc acquisitae cognitionis spatium, ad quod dimetiendum, istud *Cogitare, tanquam merum instrumentum in omnia versatile*, adhibendi, occasionem nacti fuerant Graeciae Philosophi: eo magis poterant in *ejus ipsius* vim intenti esse, eoque felicius, quid sit cogitare, cogitando perquirere. Calculi, cui nondum tot res tam diffuse uti nos subjicere valebant, tenuitate adigebantur tum profundi quique investigatores, ut cujusvis calculi constans, iisque aeque ac nobis tributum, *principium* eo subtilius ad calculum vocarent.

adhuc eisdem alia, nondum impedita, via, quam ad amplectendum id, quod verum, simplex sincerumque in unaquaque quaestione inest, regiam dicere ausim; possunt nimirum, scholarum argutiis nequaquam irretiti illi, ne dicam excoecati, primi philosophi ipsam naturam eo felicius sequi, quo magis omnia a natura adepti sunt. Quid vero est, si quam humanae menti largiare, ipsa illa veritatis divina lux, quid aliud, nisi consentanea legibus naturae, efficta ad hoc exemplar atque conformata, cognitionis nostrae institutio? Sectarum postmodum exorta multitudo non tam ex aucta ingeniorum, in fructuosam universi contemplationem intentorum, docilitate, quam ex inaequabili virium varietate prodiit, quibus in eundem finem diversi usi sunt. Pari, quo omnes incitabantur, studio dispar, uti solet, respondebat eventus; et, quod unicuique eorum propositum erat, id paucis modo contigit, ut, sua veluti sponte, enucleatius se ipsis praeberet, oraculi modo in consilium adhibita, natura. Quare remotissimi ab hac esse poterant, qui posthac inclaruere Graeciae philosophi; proxime contra ea ad illam accedere, melius quippe ab eadem informati, qui ex antiquiorum numero celebrantur sapientiae se inprimis tradidisse studio. Oberat opinionum, oberat distinctionum perperam factarum, idearum sinistre nexarum impervia tandem congeries. Multiplicata quidem in dies, neque tamen redacta satis ad stabiles regulas, *conditionum* observatio, quibus positis sensibili mentis agitatione mundus a nobis concipitur, ad confundenda cum ipsis *principiis* ista cognitionis mera *adminicula* (ἐπιβάσεις τε καὶ ὁρμὰς) procliviores reddebat animos, et crescens verborum πολυσημία eruendis, sine quibus philosophia nulla est, notionum subjectarum primis staminibus majora subinde inferebat impedimenta. Multa, eaque inaudita, de rebus in disceptatione versantibus, facunde expromere posse, hoc est, quod, quamvis veritatis tessera non sit, impatiens laboriosae soliditatis,

subsequens aetas a suis plerûmque philosophis ipsa exigit, neque desunt, qui ejusmodi munusculo, quantum quoquo modo videatur, rerum novarum cupidos benevole ornent. Evocata ita Graecorum philosophia ex severae investigationis terminis in fori aliorumque publicorum conventuum usum, ac Sophistarum adhibita artificio, qua de re quis vellet audire, copiosissime et in utramque partem se dicturos esse profitentium, in loquacitatis magistram degeneravit, et, cujus erat, firmis principiis munire animos, sapientiae aemulos, ea captiosis contortisque orationis flexibus suos decipere discipulos non dedignata est. Quid multa? Ad originis suae simplicitatem Socrates revocare debebat philosophiam, aetate quidem jam satis gravem, sed, solutis fundamenti sui compagibus, ab iis ipsis, qui se familiariter uti ea gloriabantur, sensim sensimque depravatam pessimis disciplinis, ac ruinosis aedibus tum temporis simillimam. Sed dixerit quispiam: „Socrates primus quidem philosophiam devocavit e coelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere" sic enim a Ciceron accepimus, Tusc. Disp. V, 4. „His autem tibi datis, quid hinc infers, quod ad rem tuam faciat?" — Paululum scilicet; nil enim inde mihi sumo, praeter id, quod meo jure quodammodo vindicare posse putem, occupatam nimirum in exoutiendis *physicis conditionibus* [2]), quas

2) De ipso adeo *Anaxagora* queritur Socrates apud Platonem, in loco egregio *Phaed.* Oper. Plat. Tom. I p. 221 — 223, quod, relictâ, quam rebus praefecerat, *mente*, subito ad *conditiones physicas* revertatur in explicando rerum nexu. Missis, quae inde in *philosophiam* ingrediuntur, multiplicis argumenti conjecturis, Socrates id, quod in illa *ultimum* censendum sit (τὸ καθόλου *universale* apud Arist. Metaph. I, 6.) ab animi humani *intelligenti* potius indole non modo petebat, sed tanquam caput, unde omnia ducenda sint, in quovis disputationis genere identidem etiam tenebat.

principiorum loco habere assueverat, tum temporis philosophiam a Socrate ad ipsum hominem et ad eas, quibus quisque cum necessitatis sensu tenetur, *rationis leges* adductam, atque ita praeceptis et exemplo id effectum fuisse, ut, remota omniandi facilitate, *facultas cogitandi*, a qua omnis philosophia exorsa est, certâ viâ modoque restauraretur. Κινεῖν λογικῇ διαθέσει λογικὴν διάθεσιν (*efficere, ut, quo quis fruitur, animi habitu Logico, idem et in aliis excitetur*), haec vero est philosophiae Socraticae summa, Antonini verbis denotata, qua, quid Sophronisci filio propositum, quid philosophando expetitum fuerit, nec pressius quidquam nec brevius unquam dixerit; una hac enim et compendiaria docendi ratione, *cujus ope mens sibi ipsa se reddebat, vero pariter ac bono*, a Pseudophilosophis Graecia expulso, ab hoc sapiente consultum fuit. Interrogationibus, ab initio vulgaribus magis quam difficilibus, at sensim sensimque usque ad intimos, quibus notiones nostrae continentur, nervos acutissima analysi pertingentibus, id obtinuit, ut in suam sibi possessionem, nec eam quidem acquisitam, sed haereditariam venire animus, ac non nisi *reminiscendo* cognoscere videretur; simulac concretis rerum atque singularibus notis ab interrogante pedetentim levatus, ad aeterna, quae eis substructa sunt, omnis in universo ordinis omnisque intelligentiae elementa evehebatur, et in his veluti consummatae veritatis fulcris acquiescendum sibi sentiebat, quae, a Platone *idearum* nomine insignita, nostro loquendi more, tanquam *a priori* concessi quid, homini solent attribui [5]). Haec

5) *Peripatetici*, cum Socrate, teste Cicerone Acad. Quaest. I. „*mentem volebant rerum esse judicem, solam censebant idoneam, cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et uniusmodi, et tale quale esset; hanc illi ideam appellabant, jam a Platone ita nominatam; nos recte speciem dicere possumus, — — — scientiam autem nusquam esse censebant, nisi in animi notionibus.*"

erat ars obstetricia, quam profitebatur, et qua, repressis ingenii in garrulitatem effusi abortibus, sanos maturosque partus, quales ex composito ad leges suas logicas animo nunquam non progigniuntur, adjuvit, suosque in lucem edere docuit. Hoc vero est etiam illud ab *Aristotele* monitum (Metaph. I, 6); ubi Socratis (ὡς) περὶ ὁρισμῶν ἐπισήσαντος πρώτου τὴν διάνοιαν, *tanquam primi, qui ad certas rerum definitiones meditantium animos adstringeret* *), egregiam philosophandi consuetu-

---

4) Haec cujuscunque rei qualis (per rationem) *est*, non qualis (per imaginationem) *apparet*, explicita ac sedula consideratio, quam efficax non modo sit ad veritatem cognoscendam, sed quam necessaria etiam ad vitam ipsam sapienter honesteque instituendam, id nec Stoicos posthac latuit, cum Socrate et Platone in hoc consentientes; quare *Antoninus*, *Ad se ipsum* Libr. VII, §. 68. monet: „judicium verum (κρίσις ἀληθὴς) occurrenti et irruenti rei cuivis dicat, τοῦτο ὑπάρχεις κατ' οὐσίαν, κἂν κατὰ δόξαν ἄλλοῖον φαίνῃ; M. Libr. VIII. §. 1. ποῦ κεῖται τὸ πρᾶγμα κ. τ. λ. et *Epictetus* in Enchir. Cap. III. ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ σφόδρα συνεργομένων μέμνησο ἐπιλέγειν, ὑποῖόν ἐστιν. ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρξάμενος C. IV, ὅταν ἅψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπόμνησον σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον, etenim Cap. V, ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. Qualia vero sint h. l. istiusmodi δόγματα, quam dissidentia a *rebus ipsis certisque rerum definitionibus*, utpote *non a rectae rationis consiliis*, sed *ab imaginationis simulacris* animo subministrata, docet alius Epicteti locus Cap. XX, ubi ita: μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ ὁ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων ὡς ὑβριζόντων, — — — τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι (apud Anton.: πευροσπαστεῖσθαι Libr. II, §. 2. III, 16. e. c.) Epict. Cap. K, XVI, XVIII, XIX, cui consequens est τὸ προσδοξάζειν τι, Ant. Libr. VII, §. 64. (*durch seine subjective Meynung etwas zur Sache hinzusetzen, was nicht an ihr selbst vorhanden ist*); hisque oppositum apud Epict. Cap. XVI, XVIII. διαιρεῖν τι παρὰ σεαυτῷ, apud Ant. Libr. II, §. 12. τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας

dinem ab ejus discipulo Platone susceptam, atque ad profundas suae philosophiae disputationes feliciter translatam esse praedicat. Ad illustrandam hanc, quam evincere studui, de Socrate sententiam, liceat mihi *analogiam* subjungere, et eam quidem, quam ipse amabat, nempe a poëmatibus ductam. In poëtarum operibus, progrediente tempore, alienum nativo, artem veritati, luxuriem naturae ita succedere, ut a *Criticis*, quos vocant, veritas tandem simplicitasque revocanda, luxuries coërcenda sit, inter omnes constat. Philosophiae eadem sors jam dudum obtigit. Natus autem ad coërcendam hujus luxuriem, veritatemque ejus revocandam *Criticus*, inter Graecos erat Socrates. Ipsi linguae populi, vix exculpi, ab

---

διαλύειν τὰ ἐμφανταζόμενα τοῖς πράγμασι, i. e. disjunctione, ratiocinando effectâ, solvere ac dissipare, quod, tanquam opinati quid, uti est ab ipsa rerum natura remotum, ita a sua cujusque imaginatione in eas emanat, (pulcherrimo exemplo idem dicit Libr. VI, §. 26. cll. 30. VII, 29. III, 11.) — Quid contra ea, quod non omnem veritatem pariter ac virtutem, verbis positam, re ipsa evertat, illi nobis relinquunt, qui contendunt: „quicquid sensibus tuis allabitur, quamvis diligentissime subjiciatur primitivis rationis tuae formis, nequaquam putes, ita tangere animum, ut id cognoscas, *quale est, sed quale apparet?*“ — Quem igitur in portum se recipiat homo, defraudatus disciplinâ, ab iis, *quae fluunt*, ipsum traducente ad ea *quae sunt*, et cujusmodi olim philosophiam existimabat etiam *Plato*, ad illam nos evehens per μάθημα ψυχῆς, ὁλκὸν ἀπὸ τοῦ γιγνομένου ἐπὶ τὸ ὄν. De Republ. Libr. VII, Tom. VII. Op. Plat. Edit. Bipont. p. 141. — Omnia, rectissime a nobis perpetrata, tamen, ex mente *Kantii*, non essent recta per convenientiam ipsorum cum universâ naturâ rerumque sapientissimo nexu, sed essent καθήκοντα φαινόμενα Ant. Libr. III, 16. quibus optime gestis, *suam* modo quisque naturam *sibique apparentem boni speciem* sequeretur; ubi enim *rerum ipsarum* intelligentiâ *theoretice*, quod dicunt, perspicacissima hominis ratio destituitur, quid, praeter φαινόμενα, *practice* cernere sibique proponere possit, non liquet.

origine masculi quid, quod naturam, nondum fucatam, loquendo referat, concedimus, iidemque tum, quum cultior esse coepit, denegamus. Loco rectae rationis, facetiae, dulcedo, profusaque mollities in eam postea ingrediuntur. Quod *Gorgias* in Graecia primus invenisse, a Cicerone commemoratur (De Orat. 52), id ejus veritati officit; ubi nempe, ob concinnitatis consectationem, paria paribus adjuncta (*Anspielungen*), itemque contraria relata contrariis (*Antitheseu*), intemperantius a dicentibus usurpantur. Hae sermonis festivitates, notionum repugnantiam, qua plerumque nituntur, menti subducunt, et imaginationis leges imitando, hanc quidem titillant, rationis vero, ad suum quaeque calculum vocantis, usum sensim sensimque removent. Ubi verborum numerus animum serie sua ducit, orationisque lumina oculos ubique feriunt, quod fit in quavis fere perpolita lingua, ibi aurium lusu et φωνασίας delectatione ita omnis absorbetur attentio, ut, ad dignoscenda vitia *Logica*, nec voluntas adsit, nec vires suppetant. Commode idcirco Stoici, cum Platone, oratores atque poëtas in ipso adhuc τῆς ψυχαγωγίας περιβόλῳ collocarunt, nisi qua severior disciplina in sobriae meditationis gyrum eos compellat, litterisque quibuscunque, a juventute perdiscendis, fraeni potius effectum, quod eam, consilii deviam, coërceat, quam calcarium vim tribuerunt, quibus ad *rectam* viam ingrediendam incitetur (γράμματα, καὶ τὰ τῶν ἄλλων μαθημάτων, ἃ καὶ Πλάτων φησὶν, ὥσανεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται). Sed quem in finem haec hactenus dicta velim? Ut appareat, necessitatem, unicuique consequentiae propositam, nequaquam cadere in argumentum istud pervulgatum:

„Graecorum philosophorum uti quisque ab incunabulis philosophiae propius abfuit, ita quisque in eruenda veritate hebetior ac subsequentibus philosophis inferior deprehendatur necesse est.“

Ejusmodi autem fere ratiocinio opinio eorum nititur, qui multa, antiquissimis Graecorum philosophis antiquitus attributa, philosophemata, opuscula, fragmenta ideo pro spuriis declarant, quia illi viri, explicando rerum nexui vix assueti, nondum recte videre, nec vera a falsis tantâ solertiâ distinguere potuerint, quantâ in illis scriptis jam distincta sint[5]). Mihi quidem amplificasse potius videntur subsequentes philosophi, novis discriminibus auxisse, in diversarum disciplinarum provincias descripsisse, exquisitioribus argumentis corroborasse atque limatius omnino proposuisse id, quod fuerat jam primaevis istis sapientibus nullâ quidem arte, sed mentis, quae tota adhuc ex sese apta erat, integritate, ingenii, cum vera rerum indole, naturali conspiratione, et proveniente hinc simplici justoque indagationis modulo suppeditatum, ne dicam (Cel. *Platneri* verbis), philosophico, quo erant afflati, spiritu suggestum. His, inter alios, *Archytam Tarentinum* annumero; illis *Platonem* atque *Aristotelem*, Graeciae philosophicae, ut nunc loquuntur, *Encyclopaedistas*. Priori diutius immorari, in animo est. Sunt, quae me jucundissime in eo conside-

5) Vellem perpenderent, inter alia, viri doctissimi, qui ita judicant, quot annis ante Pythagorae tempora vixerint, atque leges, Graeciae magnae tum quidem optime convenientes, tulerint *Charondas* et *Zaleucus*, quorum posterior centum fere et viginti annos ante Pythagoram fuit. Num igitur in incultam adeo ac rudem penitus gentem incidit Samius sapiens et scholae Italicae auctor? — „At habemus, asseverat Illust. *Heynius*, testis locupletissimus, multarum legum (a Charonda et Zaleuco profectarum) argumenta et sententias, a diversis scriptoribus diversae auctoritatis commemoratas." Pythagoreis vero non tam felicibus esse contigit, ut ab eorum aevo nobis transmissum haberemus aliquid fide dignum, quamvis floruerint multo post, „et fuerit e Pythagoreis aliquis, qui Charondae legum codicem condiderat, isque dialecto Dorica usus etc." Heyn. Opusc. Acad. Tom. II. p. 170.

rando detineant; quantumvis omnia Pythagoreorum fragmenta ac monumenta, quasi, pullulantis ab ipsa naturae radice, speculationis idyllia, continuo legenti mihi placeant. Ipsa viri vita ad investiganda ea, quae de eo supersunt, invitat. De republica, cui septies praefuit, cujus copias, postea victas, ipse nunquam victus in aciem eduxerat, pace belloque meritissimus, domesticis etiam in rebus morum candore ita excelluit, ut nullus veterum philosophorum, nisi Parmenides, Socrates, et si qui Stoici scholae suae severitati vitam exaequabant, virtutis praestantiâ ei comparandus videatur. Neque vero de eo, uti de multis aliis, quorum vel disputandi subtilitas, vel res praeclare gestae, litteris consecratae sunt, nulla idcirco hilaritas, nullus ingenii lepor, sed singularis potius sermonis praedicatur comitas, qua, infimae adeo sortis homines blande alloquendo, omnium sibi animos conciliabat. In hac autem, qua erat, modestia continebatur cura etiam illa, ut, teste Aeliano, in omni oratione, quid deceat, diligentissime exquireret, et, quicquid ab eo pronunciaretur, nec petulanter unquam nec foede dictum, omni offensione careret; quod decori studium ab ipsa recta quidem, sed horrida tamen nonnunquam, Stoicorum vivendi ratione haud raro neglectum esse scimus. Divinam Pythagorae disciplinam uti in Archytae moribus ubique expressam reperimus, ita et in ejus philosophia discipulum *Samii* sapientis agnoscimus. Ad hanc nimirum, pariter ac ille, ingenio mathematice subacto accessit, acerrima, quam hoc affert, investigandi arte eam persecutus est, ac ipsam Mathesin ita excoluit, ut praecipuam ejus partem, *Mechanicam*, principiis subjiceret, novisque inventis, qualia erant, praeter cochleas trochleasque, crepitaculum (πλατάγη), et columba volans lignea, eandem augeret, in *pura* vero etiam, quam vocant, Mathesi cubi duplicationem, ac, datis duabus lineis, quomodo duae mediae proportionales e dimidii Cylindri sectione inve-

nieudae sint, primus eruerat. De ejus *philosophia* tres libros, nunc deperditos, Aristoteles scripsisse a Diogene Laërtio commemoratur; sed fragmenta, quae *Stobaeus* de ea nobis servavit, lucem tamen aliquam ejus placitis affundunt, unde apparet, Tarentinum hunc (cum aliis sine dubio Pythagoreis) ad eadem jam pertigisse omnia philosophiae fundamenta, quae, ad exstruendum pulcherrimum aedificium posthac adhibita, etiamnunc admiramur *in libris Platonis*, Tarentum, ut Archytam cognosceret, non modo profecti, sed et, teste Laërtio, litteras ad eum dantis, atque commentarios quosdam Pythagoricos ab eo accipientis. Antea quam ipsa illa placita, ferrugine nobili obducta, qua specie formaque fuerint, adumbrem, quod jam spatii hujus angustiis in aliud tempus rejicere cogor, sufficiat mihi periculum fecisse, quo facillime modo locus in istis fragmentis aperte corruptus restitui, ac integritate, quam desiderat, donari possit. Exstat locus, subsidio critico indigens in *Joh. Stobaei* Eolog. Phys. et Ethic. Partis primae Tomo altero p. 716 Edit. *Heeren;* naevi vero, quibus laborat, ejusmodi sunt, ut ipse Celeb. *Heeren*, quamvis saniorem aliorum codicum lectionem pro usitata receperit, et textui inseruerit, non tamen diffiteatur „*horum quoque verborum sensum obscurum manere, neque quis omnino sensus iis subesse possit, facile explicandum.*“ Mihi quidem, quod intricati illis inest, ita forsitan enodari posse videtur. Tria in antecedentibus posuerat rerum principia Archytas, opificem nempe, universum opus moventem, *Deum*, subjectam illi, quam tractet et efformet, *materiam* (ἁ ἐσῶ, ἁ ὕλα, τὸ ὑποκείμενον) denique *formam* (ἁ μορφὰ) quae materiam, moderante Deo, amplectatur, permeet, et unamquamque rem talem, qualis est, efficiat (ἁ μὲν μορφὰ ἐντὶ αἰτία τῶ τόδε τι ἦμεν); „*nam per se quidem, ait, ista, rebus subjecta, materia caret formâ, formae autem ad normam commota, hanc in se suscipit, et nexum ex ratione dispositum inde nanciscitur.*“ Quod ex opifice cu-

juscunque similitudine hoc modo in universi fabricam transtulerat auctor, idem nunc etiam ex natura *motûs* colligi posse existimat, adeoque pergit: „*pari modo haec res, ad motûs naturam relata*, se habet, quippe quæ supponit primo *grave* s. *tardum quoddam*, motui quidem *per se* resistens, at motum tamen *ad normam alterius*, et qui exigit insuper *primum motorem*; quibus omnibus (tam his quam supra dictis) necessariô consequens est, ut tria admittantur principia, nempe id, quod est pro substrata rebus materia sumendum, deinde forma, tum quod ex se sibi omnis motûs fons ac origo est, quodque ab oculorum obtutu jam naturâ suâ removetur.“ Sic equidem castigatissima verba: „ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δυσκίνητον τὸ κινούμενον ἐντί τῷ πρώτως κινοῦν· ὥσ' ἀνάγκα τρεῖς ἦμεν τὰς ἀρχάς, τάν τε ἐσῶ τῶν πραγμάτων, καὶ τὰν μορφὰ, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶ κινατικὸν καὶ ἀόρατον δυνάμει,“ contextui aeque ac sibi ipsis conciliasse mihi videor, dum, conversâ unâ voce ἐντι in ποτί τι, et adjectis interpunctionibus necessariis, ita lego:

„ὁμοίως δὲ (sc. ἔχει) καὶ τὸ δυσκίνητον, τὸ κινούμενον ποτί τι, τὸ πρώτως κινοῦν κ.τ.λ. *Auf gleiche Weise muſs man auch bey der Bewegung dreyerley Stücke unterscheiden:* 1) *ein δυσκίνητον, ein schwehr zu Bewegendes, einen trägen Stoff*, 2) *ein κινούμενον ποτί τι, ein Bewegtes nach der Regel eines anderen, d. h. hier der Form*, 3) *ein πρώτως κινοῦν, einen ersten Beweger; ὥσ' ἀνάγκα κ.τ.λ. alsdann wird auch aus dem Begriffe der Bewegung, wie aus dem vorhergehenden, sich nothwendig ergeben, daſs der Principien drey seyn müssen u. s. w.*“

Hanc interpretationem, orationi antecedenti ac subsequenti magis accommodatam, quam ulla alia, a me quidem tentata, non sua modo consensio cum reliquo textu,

sed id etiam commendat, quod vox restituta κινεῖ vim antea verbis κινεῖσθαι δὲ ποτὲ τὸν μεμιγμένον in eodem nexu eodemque plane sensu intexta occurrit, quodque voci ἐστὼ, vixdum usurpatae, enixe eo eodem verborum ordine respondet nunc vox δυσκίνητον, uti voci μορφὴ proxima verba τὸ κινούμενον κατὰ τί, quae *formam* utique (s. τὴν μορφὴν), sed eam cum materia jam *contretum* et in hoc efficacem denotant. Neque obstat sermonis brevitas. Materia ad formam, pariter ac ad primum motorem, quo se modo habeat; plus una vice jam monuerat auctor. Nunc, cum prius dictis atque repetitis *motûs* notionem unice substituat, reliqua immutata relinquat, quid quaeso aliud addendum reperiit, ne supervacanea ageret, praeter suum: ὁμοίως δὲ καὶ — ? Quod denique ad formationem *Grammaticam* vocis δυσκίνητος pro δυσκίνητον (difficulter mobile) attinet, Doricae ac Aeolicae dialecto proprium esse scimus, ut pro η non modo ponat α sed etiam ε, pro ἀδυνῆσαι, e. g. ἀδυνέσαι, pro κινῆσαι κινέσαι, hoc ipsum ε vero longitudinem, syllabae tum per se illatam, quum ex η originem duxit, vulgo quidem non indicat, heic, duplicitate sua in εε, quae, utcunque obsoleta sit, sensui vocis saltem nequaquam officit, expressisse videtur.

Ceterum, ut ad rem redeam, et, quae supra monui, confirmem, a Platone principia rerum eadem multo jam subtilius disposita fuisse, quam ab Archyta tractata appareant, uno comprobabo testimonio, quod, cum non minori, quam locus Archyteus, laboret difficultate, eo magis huc pertinere, brevique discussione haud indignum esse videtur.

Agitur vero illi de eo, quod *revera Unum* (τόγε ἀληθὲς ἕν) adeoque τὸ ὂν κατ' ἐξοχήν, appellari queat. Hoc neque in *Duobus* neque in *Uno* posse collocari, Plato censet, si quidem sub hoc Uno intelligatur *Totum*

(τὸ ὅλον), quo Parmenides Platoni omnia terminasse videbatur; dum repugnantiarum nullus finis sit, nisi τὸ ὂν κατ' ἐξοχὴν extra ipsum τὸ ὅλον quaeratur i. e. extra ipsam rerum Universitatem (*Allheit*). De hoc igitur principio, apud Archytam ἀοράτῳ, extra naturae limites se suâque naturâ subsistente, et in rerum initiis ponendo, ita inter alia in *Sophista* (p. 257 Op. Plat. Vol. II. Ed. Bipont.) disserit, quod, ne longus sim, missis quibuscunque animadversionibus, maxima tamen, qua possum, perspicuitate, Latinis verbis reddam:

„Patet enim, Ens, quod per passionem ab alio Ente in se susceptam, *Unum* factum est (i. e. mundum) non identicum esse posse cum Uno hoc (cujus ope hac sua Unitate praeditum fuit); pluralitas potius, istam Unitatem excludens universitati rerum (qua tali) conveniet. Si vero rerum universitas non est τὸ ὂν κατ' ἐξοχὴν s. τό γε ἀληθῶς ἐν, quia passionem ab isto Ente κατ' ἐξοχὴν suscepit, haec rerum universitas *est* autem et subsistit nihilominus: indigum existentiae suae evadit hoc ipsum quod est et subsistit, nempe illa rerum universitas."

Num mundi, toties ventilata, *contingentia* quid sibi inde ab origine sua voluerit, planius describere potuit Plato, quam hisce dictis, quibus inopem illum *suaeque ipsius existentiae indigum* declarat, nullo admisso *Uno primitivo*? (ὡς οὐσίας τινὸς οὔσης αὐτοῦ τοῦ ἑνός, καθάπερ οἵ τε Πυθαγόρειοί φασι πρότερον, καὶ Πλάτων ὕστερον. Arist. Metaph. X, 2.)

Lud. Frid. Heindorfii

ad

Virum Eruditissimum

Henr. Car. Abr. Eichstaedtium

Epistola Critica

in

Platonis Theaetetum.

Lud. Frid. Heindorfii

ad

Virum Eruditissimum

Henr. Car. Abr. Eichstaedtium

Epistola Critica

in

Platonis Theaetetum.

Quod nuper facere institui, Eichstaedti, Vir Celeberrime, ut Platonis libros aliquot a mendis, quibus scatebant, maximam partem liberatos ad communem studiosorum intelligentiam adducerem: id inceptum jam nunc persequi et ipsius rei magnitudo me prohibet, et severe religioseque in his litteris elaborandi voluntas. Nimirum specimen aliquod Tibi ceterisque, qui pauci admodum sunt hodie, harum rerum intelligentibus exhibendum duxi, quo approbato certus essem Tui aliorumque in continuanda opera favoris et auxilii; ad edenda cetera Platonis scripta, noli vereri, ne unquam accedam, nisi eo, quo legitima textus castigatio nititur, praesidiorum apparatu probe instructus; varietatem lectionis dico, ex optimis undique fontibus haustam, tum doctrinae copiam, paratam assidua Atticorum prope omnium et Platonis imprimis imitatorum lectione. Qua in re, non dubito, quin cunctationem meam Tibi praecipue probatu-

rus sim. Nam et perfectam quandam in Platonis editore virtutem requiris, et in gravissimis illud mecum numeras litterati hujus saeculi vitiis, quod, qui vix decem locis scriptori veteri novam salutem lucemque afferre valeant, iidem saepe conquisita undique annotationis mole scriptorem onerant magis, quam ornant, atque multiplicandis contextus mendis viaque felicioribus curis obstruenda vel maximum litteris damnum inferunt. A quorum exemplo semper litterarum nostrarum me amor deterrebit. Veruntamen duplex illud recensionis justae subsidium non tam in voluntate studioque nostro positum est, quam in fortunae arbitrio, ut mihi quidem, quae est et ingenii mei mediocritas et infirmitas valetudinis, de instaurandi philosophi facultate desperandum facile intelligam. Igitur quae una nunc in promptu est Platonis mei adjuvandi ratio, eam sequar; proferam subinde criticas in singulos dialogos animadversiones, Cornarii potissimum exemplo, qui vir unus quamvis saepe in mutanda scriptura audacior fuerit ac prope temerarius, tamen Eclogis illis plus ad Platonis lectionem adjumenti meo quidem judicio attulit, quam omnes, qui deinceps secuti sunt, Platonicorum librorum editores. Hujus igitur in scribendo brevitatem imitabor, et ea tantummodo vitia attingam, quorum certa mihi medela succurrerit. Sed ne longa Te morer praefatione, ad rem ipsam aggredior. *Theaetetum* dialogum Tu optime nosti, quanta adhuc quam turpium mendorum multitudine laboret. Quorum, vide, Vir Eruditissime, an aliquam partem nostra sustulerit emendatio.

Ed. Steph. p. 142. D. Bip. T. II. p. 49. FE. — — καὶ μοι ἐλθόντι Ἀθήναζε τοὺς τοὺ λόγους, οὓς διελέχθη αὐτῷ, διηγήσατο καὶ μάλα ἀξίους ἀκοῆς, εἶπέ τε, ὅτι παῦε ἀνάγκη εἴη τοῦτον ἐλλογιμον γενέσθαι, εἴπερ εἰς ἡλικίαν ἔλθοι. καὶ ἀληθῆ γε, ὡς ἔοικεν, εἶπε. TEP. Ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι, ἔχοις ἂν διηγήσασθαι; In his

facile mecum verba haec *καὶ ἀληθῆ γε, ὡς ἔοικεν, εἶπε.* *Terpsioni* tribues, non *Euclidi.*

Steph. p. 143. B. Bip. p. 50. ΕΥ. Ἀλλὰ μὴν δὴ καὶ αὐτὸς μέχρι ἐρινεοῦ Θεαίτητον προὔπεμψα. Scribendum Ἐρινεοῦ, prout vertit Ficinus, neque somniandum cum Stephano de nescio qua caprifico, persuadet Pausanias I, p. 92. Ῥεῖ δὲ Κηφισσὸς πρὸς Ἐλευσῖνι, βιαιότερον παρεχόμενος τοῦ πρατέρου ῥεῦμα, καὶ παρ' αὐτῷ καλοῦσιν Ἐρινεόν, λέγοντες τὸν Πλούτωνα, ὅτε ἥρπασε τὴν κόρην, καταβῆναι ταύτῃ, Euclides enim Megaris ad portum descendens occurrerat Theaeteto φερομένῳ ἐκ Κορίνθου Ἀθήναζε. V. init.

Steph. p. 144. B. Bip. p. 52. — ἔρχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις τε καὶ ζητήσεις μετὰ παλλῆς τῆς παρασκευῆς, οἷον ἁλέου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος. Quod Ficinus expressit, et Tu dudum cum Cornario rescripseris, *ἁλαίου*, firmat imitator Dionys. Halic. T. II. p. 275, ubi λέξιν ὑγρὰν dicit *καὶ ὥσπερ ἅλαιον ἀψοφητὶ ῥέουσαν.* Conf. Plutarch. Sympos. VI. p. 696.

Steph. p. 146. A. Bip. p. 56. ΣΩ. — Τί σιγᾶτε; οὕτί που, ὦ Θεόδωρε, ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι, προθυμούμενος ὑμᾶς ποιῆσαι διαλέγεσθαι καὶ φίλους τε καὶ προσηγόρους ἀλλήλοις γίγνεσθαι; Stephani correctionem *ἐνπροσηγόρους* satis refutat Marclandi ad Tyr. Max. p. 673. animadversio. Sed pro *ὑμᾶς* repono *ἡμᾶς*. Nam qui praeter Socratem adsunt, Theodorus et Theaetetus ejusque *ἑταῖροι* (v. p. 52 extr.) facti jam erant inter se *φίλοι* et *προσήγοροι*, atque sua potissimum causa colloquium illud institui se ipsum velle significavit Socrates p. 55. d. Bip. Sed illud praegressum *ὑπὸ φιλολογίας* de scripturae vitio satis admonebat.

Steph. p. 147. A. Bip. p. 58. Εἴ τις ἡμᾶς — ἔροιτο, — εἰ ἀποκρινοίμεθα, — φύσι μὲν γελοῖοι ὦμεν; Bas. 2. ἦμεν. Refinxi εἶμεν. Quae forma restituenda Platoni in Phileb. ed. Bip. T. IV. p. 210. Καὶ ἡμεῖς σοι τούτων αὐτῶν συμμάρτυρες ἂν εἶμεν, ὡς ταῦτα ἔλεγες et de legg. X. T. IX. p. 96. Ὀρθῶς ἄρα καὶ κυρίως ἀληθέστατά τε καὶ τελεώτατα εἰρηκότες ἂν εἶμεν ψυχὴν — προτέραν γεγονέναι σώματος ἡμῶν. Utrobique vulgo ἦμεν scribitur soloece.

Steph. p. 147. D. Bip. p. 59. In obscuriore illo loco Περὶ δυνάμεων τὴν ἡμῖν Θεόδωρος ὧδε ἔγραφε etc., expendas velim, an Schleiermacheri mei sagacitate adjutus veram explicandi rationem secutus sim. Δύναμις τρίπους est *linea, cujus quadratum tres pedes continet*, πεντέπους *latus quadrati quinque pedum*, ποδιαία *latus unius quadrati pedis*. Δύναμιν igitur τρίποδα et πεντέποδα Theodorus scripserat non esse commensurabilem (ξύμμετρον) τῇ ποδιαίᾳ, i. e. si rem ad numeros reduleris, *radicem quadraticam numeri ternarii et quinarii esse irrationalem*. Mox τὸν ἀριθμὸν πάντα de *tota numerorum serie* accipio, quemadmodum in Phaedone Bip. T. I. p. 236. τὸν ἥμισυν τοῦ ἀριθμοῦ ἅπαντα dixit, quo sensu statim post infertur ibi ὁ ἕτερος αὖ στίχος τοῦ ἀριθμοῦ. Deinde cum Stephano corrigendum τὸν μὲν δυνάμενον, et paullo post in verbis ᾧ καὶ τὰ τρία etc., ex Aldina reponendum ὧν. Numerus autem δυνάμενος ἴσος ἰσάκις γενέσθαι est, qui existit numero aliquo in se ipsum ducto, seu *numerus vere quadratus*. Ita mox πλείων ἑλαττονάκις γίγνεσθαι dicitur, qui existit majore numero in minorem ducto ($5 = 3 \times 1\frac{2}{3}$); contra ἐλάττων πλεονά-

κις γίγνεσθαι, qui ex minore numero in majorem ducto oritur; (5 = 2 × 2½.) Numeros igitur vere quadratos Theaetetus comparat *spatio quadrato*, appellatque *τετραγώνους καὶ ἰσοπλεύρους*; ceteros non quadratos comparat *oblongo*, et vocat *προμήκεις ἀριθμούς*. Tum addit: *Ὅσαι μὲν γραμμαὶ τὸν ἰσόπλευρον καὶ ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι, μήκους ὠρισάμεθα* i. e. *quotcunque lineae latera sunt vere quadrati numeri, μήκεις appellavimus; ὅσαι δὲ τὸν ἑτερομήκη, δυνάμεις· contrà quae lineae numerum oblongum s. non quadratum quadrant*, i. e. *latera numerorum non vere quadratorum, qui tamen per speciem quadratae figurae exhibentur, δυνάμεις diximus: ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμμέτρους ἐκείναις, quoniam longitudine quidem non sunt illis commensurabiles* (neque enim latus quadrati, quod quinque pedes continet, commensurabile est lateri quadrati unius pedis), *τοῖς δ' ἐπιπέδοις, ἃ δύνανται, sed spatiis tamen, quae efficere possunt, illis commensurabiles sunt.* (Nam quadratum spatium quinque pedum ipsum commensurabile est quadrato unius pedis;) *καὶ περὶ τὰ στερεὰ ἄλλο τοιοῦτον*, et *in cubicis humeris aliud aliquid ejusmodi posuimus.* Ita haec omnia perpurgata arbitror, nisi quod unum illud *μήκος* offendit, pro quo accurata dicendi ratio pluralem *μήκη* flagitat, veluti statim post *δυνάμεις* infertur.

Steph. p. 149. D. Bip. p. 63. ΣΩ. — *Τῆς αὐτῆς ἢ ἄλλης οἴει τέχνης εἶναι θεραπείαν τε καὶ συνωμοιδὴν τῶν ἐκ γῆς καρπῶν, καὶ αὖτὸ γιγνώσκειν, εἰς ποίαν γῆν ποῖον φυτόν τε καὶ σπέρμα καταβλητέον*; ΘΕΑΙ. Οὐκ, ἀλλὰ *τῆς αὐτῆς*. ΣΩ. *Εἰς γυναῖκα δέ, ὦ φίλε, ἄλλην μὲν οἴει τοῦ τοιούτου, ἄλλην δὲ συνωμοιδήν*; ΘΕΑΙ. *Οὔκουν εἰκός γε*. ΣΩ.

Οὐ γάρ. Ἀλλὰ διὰ τὴν ἄδικόν τε καὶ ἄτεχνον συναγωγὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἣ δὴ προαγωγεία ὄνομα, φεύγουσι καὶ τὴν προμνηστικὴν — αἱ μαῖαι etc. Pro συγκομιδὴν quod statim occurrebat, συγκομιδῆς (sc. τέχνην), firmant editiones veteres. Sed pro προαγωγείαν Graeci sermonis ratio postulat προαγωγεία, casu recto.

Steph. ibid. E. Bip. p. 65. Τῆς μέντοι μαιείας ὁ θεός τε καὶ ἐγὼ αἴτιος. Ὧδε δὲ δῆλον· πολλοὶ ἤδη τοῦτο ἀγνοήσαντες καὶ ἑαυτοὺς αἰτιασάμενοι, ἐμοῦ δὲ καταφρονήσαντες, ἢ αὐτοὶ ὑπ' ἄλλων πεισθέντες, ἀπῆλθον πρωαίτερον τοῦ δέοντος. Scribendum puto ἢ αὐτοὶ ἢ ὑπ' ἄλλων πεισθ.

Steph. p. 151. B. Bip. p. 66. — ὦ πολλοὺς μὲν δὴ ἐξέδωκα Προδίκῳ, πολλοὺς δὲ ἄλλους σοφοῖς τε καὶ θεσπεσίοις ἀνδράσι. Ταῦτα δή σοι, ὦ ἄριστε, ἕνεκα τοῦδε ἐμήκυνα, ὑποπτεύων σε, ὥσπερ καὶ αὐτὸς οἴει, ὠδίνειν τι κυοῦντα ἔνδον. Illud ἄλλους in ἄλλοις mutandum esse, statim apparet. Deinceps sic lego: — ἕνεκα τοῦδε ἐμήκυνα· ὑποπτεύω σε etc.

Steph. p. 152. A. Bip. p. 68. ΣΩ. Εἰκὸς μέν σοι σοφὸν ἄνδρα μὴ ληρεῖν. Reponendum Εἰκὸς μέντοι. de legg. X. Bip. T. IX. p. 74. Εἰκός γέ τοι που σοφοὺς ἄνδρας ὀρθῶς λέγειν.

Steph. p. 152. D. Bip. p. 70. Ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδὲν, αἰεὶ δὲ γίγνεται. Καὶ περὶ τούτου πάντες ἐξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου ξυμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας· κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος· τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος, εἰπών, Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ

μητέρα Τηθύν· πάντα εἰρηκεν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως. In his an pro miro illo duali ξυμφέρεσθον ex Stobaeo reponendum sit ξυμφέρονται, mihi quidem nondum exploratum est. Certius multo est, post Ὅμηρος voculam ὃς excidisse, et interpunctionem sic esse constituendam, Ὅσηρος, ὃς εἰπών, Ὠκεανὸν — — Τηθύν, πάντα εἰρηκεν etc. De Homero, Tragoediae principe, non satisfaciunt, quae nuper Heynius scripsit ad Homer. T. VIII. p. 815. Rem unus declarat ille Platonis de rep. X. locus (ed. Bip. T. VII. p. 284.) Ἔοικε μὲν γὰρ (Ὅμηρος) τῶν καλῶν ἅπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι. — Ibidem in Theaeteto paullo post corrigendum — σημεῖα ἱκανὰ, ὅτι τὸ μὲν εἶναι δοκεῖν καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχει, et deinde ἢ οὐχ αὗται αἱ γενέσεις πυρός; vulgo δοκοῦν, ex ante γενέσεις articulus omissus est.

Steph. p. 153. C. Bip. p. 71. ΣΩ. Ἔτι οὖν σοι λέγω νηνεμίας τε καὶ γαλήνας καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὅτι αἱ μὲν ἡσυχίαι σήπουσι καὶ ἀπραλλύουσι, τὰ δ' ἕτερα σώζει, καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω, προσβιάζων τὴν χρυσῆν σειρὰν, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει, καὶ δηλοῖ, ὅτι ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ἡ κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἐστὶ καὶ σώζεται etc. Scribo et interpungo: καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω προσβιβάζων, τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει. Atque προσβιβάζων a Stob. et Schol. Plat. Ruhnk. p. 18 confirmatum vidi. ἀναγκάζω autem h. l. *probandi* et *evincendi* potestate praeditum accipio, usu Platoni imprimis frequentato, de rep. X. ed. Bip. T. VII. p. 316. Ὅτε μὲν τοίνυν ἀθάνατον ψυχὴ, καὶ ὁ ἄρτι λόγος καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκάσειαν ἄν,

Sympos. T. X. p 228. Cratyl. T. III. p. 330. Theaetet. p. 165. et alibi.

Steph. p. 155. B. Bip. p. 75. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τρίτον; ὃ μὴ πρότερον ἦν, ἀλλὰ ὕστερον, τοῦτο εἶναι ἄνευ τοῦ γενέσθαι καὶ γίγνεσθαι, ἀδύνατον; omisso verbo ἀλλὰ, scribendum esse, ὃ μὴ πρότερον ἦν, ὕστερον τοῦτο εἶναι etc., satis patet ex verbis paullo post illatis, εἰμὶ γὰρ δὴ ὕστερον, ὃ πρότερον οὐκ ἦν, οὐ γενόμενος. Accedit et scripturae diversitas in Ald. Bas. 1. 2, ubi haec sic scripta πρότερον ἦν ὕστερον· ἀλλὰ τοῦτο — — Stephanus praeeunte Ficino in vulgatam lectionem illam mutavit, et Procli auctoritas. Schol. p. 19. Ὁ Πρόκλος τὸ Ἀλλὰ παρέλκειν λέγει.

Ibidem paullo inferius haec leguntur: καὶ ἄλλα δὴ μυρία ἐπὶ μυρίοις οὕτως ἔχει, εἴπερ καὶ ταῦτα παραδεξόμεθα. Εἰπὲ γάρ που, ὦ Θεαίτητε. Δοκεῖς μοι γοῦν οὐκ ἄπειρος τῶν τοιούτων εἶναι. Pro vitioso εἰπὲ non dubitabis mecum substituere ἔλεγε (s. ἔφει). Similiter prorsus p. 117. μανθάνεις γάρ που, ὦ Θεόδωρε, ἢ οὔ; ΘΕΟ. Ἔγωγε. —

Steph. p. 158. B. Bip. p. 82. ΣΩ. — πολλάκις σε οἶμαι ἀκηκοέναι ἐρωτώντων, τί ἄν τις ἔχοι τεκμήριον ἀποδεῖξαι, εἴ τις ἔροιτο νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι, πότερον καθεύδομεν καὶ πάντα, ἃ διανοούμεθα, ὀνειρώττομεν, ἢ ἐγρηγόραμέν τε καὶ ὑπαρ ἀλλήλοις διαλεγόμεθα. ΘΕΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἄπορόν γε, ὅτῳ χρὴ ἐπιδεῖξαι τεκμηρίῳ. Πάντα γὰρ ὥσπερ ἀντίστροφα τὰ αὐτὰ παρακολουθεῖ. Ἅ, τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα, οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ἐνυπνίῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι· καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ὀνείρατα δοκῶμεν διηγεῖσθαι, ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις. Quid hoc est ὄναρ ὀνείρατα δοκεῖν διηγεῖσθαι? Cui

hoc unquam accidit? Scilicet [pro] ὄνερ' ἐνείρατα scribendum auspicor ἄνερ ἄττα. Erroris origo in promptu est. Ἄττα autem sic simpliciter positum sine adjectivo reperi Sophist. T. II. p. 240. de rep. I. p. 174. V. p. 2.

Steph. p. 159. A. Bip. p. 84. Καὶ μὴν (ἐλέγομεν), ὅτι γε ἄλλο ἄλλῳ συμμιγνύμενον καὶ ἄλλῳ οὐ ταυτὰ, ἀλλ' ἕτερα γεννήσει. Corrigo γεννήσεις. Atque paullo post in verbis his ΘΕΑΙ. Ἀνόμοιον δήπου καὶ ἕτερον. ΣΩ. Ἆρα οὕτως ὥσπερ ἀνόμοιον; personarum vices sic mutandae: ΘΕΑΙ. Ἀνόμοιον δήπου. ΣΩ. Καὶ ἕτερον ἄρα οὕτως, ὥσπερ ἀνόμοιον. Mutationis causa est in praegressa illa Socratis quaestione: Εἰ ἄρα τι συμβαίνει ὁμοιόν τῳ γίγνεσθαι ἢ ἀνόμοιον εἴτε ἑαυτῷ εἴτε ἄλλῳ, ὁμοιούμενον μὲν ταυτὸν φήσομεν γίγνεσθαι, ἀνομοιούμενον δὲ ἕτερον;

Steph. ibid. D. Bip. p. 85. ΣΩ. Ἕτερα δὴ αὖ ἐγεννησάτην ὦ, τε τοιοῦτος Σωκράτης καὶ ἡ οἴνου πόσις. Illud ἐγεννησάτην mera est Cornarii conjectura, a Stephano, ut saepius fecit, in contextum recepta. Ald. Bas. 1. 2. ἐγεννησάμην, unde potius erui debebat ἐγεννήσαμεν. Ut paullo ante Socrates dixit καὶ ἕτερα δὴ ἐφ' ἑκατέρου γεννήσομεν etc.

Steph. p. 162. A. Bip. p. 90. Τὸν οὖν Θεαίτητον πάλιν λάβε πάντως· καὶ δὴ νῦν μάλ' ἐμμελῶς σοι ἐφαίνετο ὑπανύειν. Vitiosa in his distinctio est. πάντως pertinet ad seqq. καὶ δὴ, ejusque vis h. l. exprimi potest Latino *praesertim quum*. Theaet. p. 50. ed. Bip. ἀλλὰ τί κωλύει νῦν ἡμᾶς ἐλθεῖν; πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσασθαι δέομαι, ὡς ἐξ ἀγροῦ ἥκων. de legg. I. p. 5. ed. Bip. T. VIII. προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς ἡμᾶς —

τὴν διατριβήν — — κατὰ τὴν πορείαν ποιήσασθαι. πάντως δὴ γῆς (scr. δ' ἦγε) ἐκ Κυψσσοῦ ὁδὸς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον — ἱκανή. Lysias contr. Eratosth. ed. Reisk. T. V. p. 386. — ἔλεγον —, καλλίστην — εἶναι πρόφασιν τιμωρεῖσθαι μὲν δοκεῖν, τῷ δὲ ἔργῳ χρηματίζεσθαι· πάντως δὲ τὴν μὲν πόλιν πενέσθαι, τὴν δ' ἀρχὴν δεῖσθαι χρημάτων. Sic postrema haec cum Marclando lego. Sed Tibi, vir doctissime, plura in promptu erunt usus hujus exempla, nondum, quod sciam, a doctis illustrati.

Steph. p. 163. D. Bip. p. 94. ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ ἰδών τι ἐπιστήμων ἐκείνου γέγονεν, ὃ οἶδε, κατὰ τὸν ἄρτι λόγον; Non οἶδε, sed εἶδε legendum vidit Schleiermacherus.

Steph. p. 166. c. Bip. p. 100. ἐξέλεγξον, ὡς οὐχὶ ἰδίαι αἰσθήσεις ἡμῶν ἑκάστῳ γίγνονται, ἢ ὡς, ἰδίων γιγνομένων, οὐδέν τι ἂν μᾶλλον τὸ φαινόμενον μόνῳ ἐκείνῳ γίγνοιτο· ἢ, εἰ εἶναι δεῖ, ὀνομάζειν εἴη ᾧπερ φαίνεται. In his postremis cum eodem Schleiermachero sic distinguendum: ἢ, εἰ εἶναι δεῖ ὀνομάζειν, εἴη, ᾧπερ φαίνεται. Ut supra p. 86. ed. Bip. εἴτε τις εἶναί τι ὀνομάζει. Adde Protag. T. III. ed. Bip. p. 89. Lach. T. V. p. 189 init. — Ibidem in Theaeteto paullo inferius legendum καὶ σοφίαν καὶ σοφὸν ἄνδρα πολλοῦ δέω ἐγὼ μὴ φάναι εἶναι. Vulgo δέω τῷ μὴ φ. Apolog. Socr. ed. Bip. T. I. p. 71. πολλοῦ δέω ἐγὼ — ἀπολογεῖσθαι, quanquam exemplis hoc probare non attinet.

Steph. p. 167. A. Bip. p. 101. Ἔπει οὔτέ τί γε ψευδῆ δοξάζοντα τίς τινα ὕστερον ἀληθῆ ἐποίησε δοξάζειν. Οὔτε γὰρ τὰ μὴ ὄντα δυνατὸν δοξάσαι, οὔτε ἄλλα παρ' ἃ ἂν

πάσχῃ ταῦτα δὲ αἰεὶ ἀληθῆ· ἀλλ', οἶμαι, συνεργῷ ψυχῆς ἕξει δοξάζοντα συγγενῆ, ἑαυτῆς, χρηστὴ ἐποίησε δοξάσαι ἕτερα τοιαῦτα, ἃ δή τινες τὰ φαντάσματα ὑπὸ ἀπειρίας ἀληθῆ καλοῦσιν. Ἐγὼ δὲ, βελτίω μὲν τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων, ἀληθέστερα δὲ οὐδέν. Pro ἑαυτῆς Stephanus αὐτῆς scribendum vidit; pro χρηστὴ substituendum χρηστῇ (casu tertio) non vidit, quod tamen praeter sententiam Ficinus admonebat, sic vertens: *Facere tamen quis potest, ut, qui pravo animi habitu cognata sibi opinatur, sana deinde mente diversa quaedam existimet.* Quod in extremis illis ἃ δή τινες τὰ φαντάσμ. ὑπὸ ἀπειρ. ἀλ. καλοῦσιν vitium haeret, id Tibi perpanandum relinquo. Nihil enim nisi certa proferre constitui.

Steph. p. 170. A. Bip. p. 107 seq. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Πρωταγόρα, καὶ ἡμεῖς ἀνθρώπου, μᾶλλον δὲ πάντων ἀνθρώπων δόξας λέγομεν, καὶ φαμεν οὐδένα ὄντινα οὐ τὰ μὲν αὑτὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἄλλων σοφώτερον, τὰ δὲ ἄλλους ἑαυτοῦ· καὶ ἔν γε τοῖς μεγίστοις κινδύνοις, ὅταν ἐν τριτείαις ἢ νόσοις ἢ ἐν θαλάττῃ χειμάζωνται, ὡς πρὸς θεοὺς ἔχων τοὺς ἐν ἐκάστοις ἄρχοντας, σωτῆρας εὐχῶν προσδοκῶντας, οὐκ ἄλλῳ τῳ διαφέροντας ἢ τῷ εἰδέναι. καὶ πάντα που μετὰ τοῦτον ἀνθρώπινα ζητούντων, διδασκάλους τε καὶ ἄρχοντας ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων, τῶν τε ἐργασιῶν οἰομένων τε αὖ ἐκείνων μὲν διδάσκειν, ἐκείνων δὲ ἄρχειν εἶναι. Propositionis hujus posteriorem partem unius litterulae corruptela prorsus obscuravit. Pro μετὰ manifesto rescribendum est μεστὰ, et locus sic interpungendus — καὶ πάντα που μεστὰ τοῦ ἀνθρώπινα ζητούντων διδασκάλους — καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῆς τε ἐργασιῶν, οἰομένων τε etc. Ita Max. Tyr. XXXIII. 9. μεστὰ πάντα διδασκάλων καὶ μαθημάτων, quanquam

putidum arbitror, exemplis eas firmare dictiones, quae omnium prope linguarum communes sunt. Cetera autem h. l. prorsus sana esse puto, nisi quod illud ὄντινα οὐ cum Stephano pro ἀντιναοῦν reposui. In verbis illis ὡς πρὸς θεοὺς ἔχειν τοὺς ἐν ἑκάστοις ἄρχοντας post ἔχειν mente iterandum πρός. Isocrat. de Pace p. 321. (ed. Genev. 1636.) πρὸς δὲ τοὺς ἐπιπλήττοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς οὕτω διατίθεσθε δυσκόλως, ὥσπερ τοὺς κακόν τι τὴν πόλιν ἐργαζομένους. Id. Panathen. p. 537. Οἱ δ' ἡμέτεροι περὶ οὐδὲν οὕτω τῶν ὄντων ἐσπούδαζον, ὡς τὸ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμεῖν. Nam Stephani correctionem ὥσπερ θεοὺς ἔχειν ne Graecam quidem esse judico.

Steph. p. 174. E. Bip. p. 118. Τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων, ὡς γενναῖός τις, ἑπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆναι, παντάπασιν ἀμβλὺν καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δυναμένων εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ βλέπειν. Pro ἀμβλὺν (quod in Bip. vitiosius etiam scriptum ἀμβλὴν) manifesto legendum ἀμβλύ.

Steph. p. 175. B. Bip. p. 119. Ἐν ἅπασι δὴ τούτοις ὁ τοιοῦτος ὑπὸ τῶν πολλῶν καταγελᾶται (vir vere philosophus), τὰ μὲν ὑπερηφάνως ἔχων, ὡς δοκεῖ, τὰ δ' ἐν ποσὶν ἀγνοῶν τε καὶ ἐν ἑκάστοις ἀπορῶν. — Ὅταν δέ γε τινὰ αὐτὸ ὦ φίλε, ἕλκυσῃ ἄνω, καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῶν ἐκβῆναι ἐκ τοῦ, τί ἐγὼ σὲ ἀδικῶ ἢ σὺ ἐμέ; εἰς σκέψιν αὖ τῆς δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας κ. τ. ἀ. In his αὐτὸν illud in αὐτῶν mutandum censeo; tum pro αὖ τῆς scribendum αὐτῆς τῆς, addicente Ficino. Quo vitio mira liberandus est locus Steph. p. 186. B. Bip. p. 143. Τὴν δὲ γε οὐσίαν, καὶ ὅτι ἔστιν, καὶ τὴν ἐναντιότητα πρὸς ἀλλήλω καὶ τὴν οὐσίαν αὖ τῆς ἐναντιότητος — ἡ ψυχὴ — κρίνειν πειρᾶται. —

Ibi quoque Ficinus recte expressit *αὐτῆς τῆς ἐναντ. ipsius contrarietatis.*

Steph. p. 176. D. Bip. p. 122. Ἀγνοοῦσι — ζημίαν ἀδικίας, ἣν δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. Οὐ γάρ ἐστιν, ἣν δοκοῦσι, πλημμελές τε καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν, οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ ἦν ἀδύνατον ἐκφυγεῖν. Luce clarius est, ante ἀδικοῦντες excidisse articulum οἱ.

Steph. p. 177. B. Bip. p. 123, — ἡ ῥητορικὴ ἐκείνη πως ἀπομαραίνεται. Ex Ficino haec ita interpretato: *eorumque rhetorica penitus evanescit*, facile mecum corriges πάντως.

Steph. ibid. D. Bip. p. 124. — παντὸς μᾶλλον, ἃ ἂν δῆτα πόλις δόξαντα αὐτῇ, ταῦτα καὶ ἴσχ δίκαια τιθεμένη. Leg. τῇ θεμένῃ.

Steph. p. 178. A. Bip. p. 125. Ἔστι δέ που (τὸ ὠφέλιμον) καὶ περὶ τὸν μέλλοντα χρόνον. Ὅταν γὰρ νομοθετώμεθα, ὡς ἐσομένους ὠφελίμους τοὺς νόμους τιθέμεθα εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. Τοῦτο δὲ μέλλον μᾶλλον ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν. Vox μᾶλλον nata est ex antecedente μέλλον.

Steph. p. 181. B. Bip. p. 132. — γελοῖοι ἐσόμεθα ἡγούμενοι ἡμᾶς μέντοι λέγειν φαύλους ὄντας, παμπαλαίους δὲ καὶ πανσόφους ἄνδρας ἀποδεδοκιμακότες. Vitium in his manifestum, miror, qui fallere potuerit Cornarium Stephanumque. μέν τι scripsit Plato, non μέντοι. — Ibidem paullo post in verbis δοκεῖ οὖν μοι ἀρχὴ εἶναι τῆς σκέψεως accuratus stilus postulat — μοι ἡ ἀρχή. —

Steph. p. 182. A. Bip. p. 133. ΣΩ. Σκόπει δή μοι τόδε αὐτῶν· τῆς θερμότητος ἢ λευκότητος ἢ ὁτουοῦν γένεσιν οὐχ

οὕτω πως ἐλέγομεν φάναι αὐτοὺς, φέρεσθαι ἕκαστον τούτων ἅμα αἰσθήσει μεταξὺ τοῦ ποιοῦντός τε καὶ πάσχοντος, καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν, ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι, ἀλλ' οὐ ποιότητα; κ. τ. ἀ. Argumenti hujus ratio exigit, ut pro illo αἰσθητὸν vel invitis libris omnibus reponatur cum Schleiermachero αἰσθανόμενον. Confr. Bip. p. 78 seq. p. 85 extr.

Steph. p. 183. A. Bip. p. 136. ΣΩ. Καλὸν ἂν ἡμῖν συμβαίνοι τὸ ἐπανόρθωμα τῆς ἀποκρίσεως προθυμηθεῖσιν ἀποδεῖξαι, ὅτι πάντα κινεῖται, ἵνα δὴ ἐκείνη ἡ ἀπόκρισις ὀρθὴ φανῇ· τὸ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐφάνη, εἰ πάντα κινεῖται, πᾶσα ἀπόκρισις, περὶ ὅτου ἄν τις ἀποκρίνηται, ὁμοίως ὀρθὴ εἶναι, οὕτω τ' ἔχειν φάναι καὶ μὴ οὕτως, εἰ δὲ βούλει, γίγνεσθαι, ἵνα μὴ τήσωμεν αὐτοὺς (τοὺς ῥέοντας p. 131. Bip.) τῷ λόγῳ. ΘΕΟ. Ὀρθῶς λέγεις. ΣΩ. Πλήν γε, ὦ Θεόδωρε, ὅτι οὕτω τι εἶπον καὶ οὐχ οὕτω. Δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο οὕτω λέγειν· (οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινοῖτο. Οὕτω, οὐδ' αὖ· Μὴ οὕτω. οὐδὲ γὰρ τοῦτο κίνησις) ἀλλά τιν' ἄλλην φωνὴν θετέον τοῖς τὰν λόγον τοῦτον λέγουσιν. Pro οὕτω τι legendum arbitror οὕτω τε. Deinceps sic scribendum et interpungendum: Δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο τὸ οὕτω λέγειν· (οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινοῖτο τὸ οὕτω·) οὐδ' αὖ μὴ οὕτω· [οὐδὲ γὰρ τοῦτο (sc. τὸ μὴ οὕτω) κίνησις·] ἀλλὰ etc. Illae in praegressis verbis voculae τὸ δὲ nescio an aliis scriptoribus ita adhibeantur; Platoni eas innumeris prope locis ita adhibitas animadverti, ut commode exprimi possint Latino *quum tamen*.

Steph. ibid. C. Bip. p. 137. ἢ εἰ μή τι πως ἄλλως Θεαίτητος ὅδε λέγει. Inducenda est part. ἤ. Loquendi autem haec forma mendi me admonet in Platonis

Phaedro, quod in nupera libri editione prorsus neglexisse pudet, Bip. T. X. p. 294. Ed. nostr. p. 210. c. 21. Ibi in verbis *εἰ δέ τι σὺ ὑποθῇς ἡγούμενος παραλελεῖφθαι, ἐρώτα,* scribendum sine ulla dubitatione *εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς.* Plat. Tim. ed. Bip. T. IX. p. 284. *ἢ ποθοίης ἔτι* (τι?) *τῶν ῥηθέντων, ὦ Φίλε Τίμαιε, ἀπολειπόμενον;*

Steph. p. 188. D. Bip. p. 148. ΣΩ. *Πῶς οὖν τί ἐροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ἐάν τις ἡμᾶς ἀνακρίνῃ* (δυνατὸν δὲ ὀτιφοῦν ὃ λέγεται) *καὶ τίς ἀνθρώπων τὸ μὴ ὂν δοξάσει, εἴτε περὶ τῶν ὄντων τον, εἴτε αὐτὸ καθ' αὑτό;* depravata haec esse, statim intelligitur. Mihi Platonis manus haec videtur: *Πῶς οὖν; τί ἐροῦμεν — ἀνακρίνῃ, εἰ δυνατὸν δὴ ὀτιφοῦν ὃ λέγεται, καί τις ἀνθρώπων* etc.

Steph. p. 193. B. Bip. p. 158. ΣΩ. *Λείπεται τοίνυν τὰ ψευδῆ δοξάσαι ἐν τῷδε, ὅταν γιγνώσκων σὲ καὶ Θεόδωρον, καὶ ἔχων ἐν ἐκείνῳ τῷ κηρίνῳ, ὥσπερ δακτυλίῳ, σφῷν ἀμφοῖν τὰ σημεῖα κ. τ. λ.* Rescribendum *δακτυλίων*, quod pendet a sequenti, verbo *σημεῖα*. P. 155. Bip. — *ἀποτυποῦσθαι, ὥσπερ δακτυλίων σημεῖα ἐνσημαινομένους.*

Steph. ibid. E. Bip. p. 159. ΣΩ. *Τοῦτο μὲν ἔλεγον, ὅτι γιγνώσκων τὸν ἕτερον — — οὐδέποτε οἰήσεται* etc. Excidit ante *γιγνώσκων* articulus *ὁ*. Paullo post in Socratis verbis illis *παρελάμβανε δέ γε που τὸ νῦν λεγόμενον, ἐν ᾧ δή φαμεν τὴν ψευδῆ δόξαν γίγνεσθαι, τὸ ἄμφω γιγνώσκοντα καὶ ἄμφω ὁρῶντα ἢ τινα ἄλλην αἴσθησιν ἔχοντα ἀμφοῖν, τῷ σημείῳ μὴ κατὰ τὴν αὐτοῦ αἴσθησιν ἑκάτερον ἔχειν* corrigendum videtur *τῶν σημείων. Τῶν σημείων ἑκάτερον μὴ κατὰ τὴν αὐτοῦ αἴσθησιν ἔχειν*

eodem modo dictum, quo dixit eadem de re τὰ σημεῖα παραλλάττειν p. 161. ed. Bip.

Steph. p. 194. B. Bip. p. 160. — ἐν αὐτοῖς τούτοις στρέφεται καὶ ἑλίττεται ἡ δόξα, ψευδὴς καὶ ἀληθὴς γιγνομένη· καταντικρὺ μὲν καὶ κατὰ τὸ εὐθὺ τὰ οἰκεῖα συνάγουσα ἀποτυπώματα καὶ τυποῦσα, ἀληθής· εἰς πλάγια δὲ καὶ σκολιὰ, ψευδής. Palmaria est Schleiermacheri emendatio ἀποτυπώματα καὶ τύπους. Ibidem paullo inferius scribendum ὅταν μὲν ὁ κηρός του ἐν τῇ ψυχῇ βαθὺς — ᾖ. Vulgo τοῦ.

Steph. p. 201. C. Bip. p. 175. ΣΩ. Οὐκ ἄν, ὦ φίλε, εἴ γε ταυτὸν ἦν δόξα τε ἀληθὴς καὶ δικαστήριον καὶ ἐπιστήμη, ὀρθά ποτ' ἂν δικαστὴς ἄκρος ἐδόξαζεν ἄνευ ἐπιστήμης· νῦν δὲ ἔοικεν ἄλλο τι ἑκάτερον εἶναι. Hoc loco illa καὶ δικαστήριον unde orta sint, non video; intrusa ea esse aliunde et ocius delenda, id nemini dubium fore arbitror.

Steph. p. 202. C. Bip. p. 177 extr. ΣΩ. Ἀρέσκει οὖν σε καὶ τίθεσθαι ταύτῃ, δόξαν ἀληθῆ μετὰ λόγου ἐπιστήμην εἶναι. Plato scripserat τίθεσαι.

Steph. p. 203. c. Bip. p. 179. ΣΩ. Τί δὲ δή; τὸ μὴ γνωστὸν εἶναι τὸ στοιχεῖον, ἀλλὰ τὴν συλλαβὴν, ἆρ' ὀρθῶς ἀποδεδείγμεθα. Imo ἀποδεδέγμεθα.

Steph. p. 204. C. Bip. p. 181 extr. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐφ' ἑκάστης λέξεως πάντα τὰ ὄξ εὑρήκαμεν; ΘΕΑΙ. Ναί. ΣΩ. Πάλιν δ' οὐδὲν λέγομεν, τὰ πάντα λέγοντες; ΘΕΑΙ. Ἀγάγκη. ΣΩ. Ἢ ἄλλο τι τὰ ὄξ; ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

Hic locus videtur in paucis iis numerandus, ubi ipsa argumentandi ratio ad geometricam quandam emendationis veritatem perducit. Scilicet manca haec sunt, ita corrigenda et supplenda: Οὐκοῦν ἐφ' ἑκάστης λέξεως πᾶν τι τὰ ἓξ εὑρήκαμεν; ΘΕΑΙ. Ναί. ΣΩ. Πάλιν δ' οὐδὲν ἄλλο λέγομεν τὰ πάντα λέγοντες; ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Ἢ ἄλλο τι τὰ πάντα ἢ ἕξ; ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

Steph. p. 206. D. Bip. p. 185. ΣΩ. — — ἢ οὐ δοκεῖ σοι τὸ τοιοῦτον λόγος εἶναι; ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε. τὸν οὖν αὐτὸ δρῶντα λέγειν φαμέν. Sermonis usus pro οὖν requirit γοῦν.

Steph. p. 208. E. Bip. p. 191. ΣΩ. Νῦν δῆτα, ὦ Θεαίτητε, παντάπασί γε ἔγωγε ἐπειδὴ ἐγγὺς ὥσπερ σκιαγραφήματος γέγονα τοῦ λεγομένου, ξυνίημι οὐδὲ σμικρόν· ἕως δὲ ἀφεστήκῃ πόῤῥωθεν, ἐφαίνετό τι μοι λέγεσθαι. Verbum ἀφεστήκῃ litterula subscripta liberandum patet. Hunc fortasse locum et alia aliqua ejusmodi in Platone respexit *Panaetius*, teste *Heraclide* apud Eustath. in Hom. Od. ψ. p. 813. Παραδίδωσιν Ἡρακλείδης, ὅτι Ἀττικοὶ τοὺς τοιούτους ὑπερσυντελικοὺς ἐν τῷ ἢ μόνῳ περατοῦσιν, ᾔδη λέγοντες καὶ ἐνενοήκη καὶ ἐπεποιήκη, καὶ οὕτω φησὶ Παναίτιος ἔχειν τὰς γραφὰς παρὰ Πλάτωνι κ. τ. λ.

Haec fere in hoc Platonis libro habui, Vir Doctissime, quae Tuo proponenda judicio arbitrarer. Neque enim in levioribus quibusdam morari licebat, aut attingere ea, ubi emendatam scripturam priores exhibent editiones, imprimis Basileensis altera, meo quidem judicio praestantissimi codicis instar habenda; quam editionem,

Tu mecum facile consenties, in uno Theaeteto plus quam triginta locis medelam afferre. Jam quae supersunt vitia, iis si Tuam sagacitatem doctrinamque adhibueris, futurum certo spero, ut capitali huic divini ingenii monumento antiquus et suus nitor restituatur aliquando. Vale, Vir Optime, studiaque mea eo, quo soles, favore amplecti perge. Scribebam Berolini, d. 11 Januar. MDCCCIII.

Philippi Buttmanni

Criticae Annotationes

in

locos quosdam Ciceronis.

Philippi Buttmanni

Criticae Annotationes

in locos quosdam Ciceronis.

In *quarta* libri *ad Diversos* XV. epistola res a se in provincia *gestas* Catoni exponit Cicero, et in his de Ariobarzane Cappadociae rege, quem in regno stabiliverat, haec:

> Cum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem moratus, regem Ariobarzanem, cujus salutem a senatu, te auctore, commendatam habebam, praesentibus insidiis nec opinantem liberavi: neque solum ei saluti fui, sed etiam curavi, ut cum auctoritate regnaret. Metram, et eum, quem tu diligenter mihi commendaras Athenaeum, importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud regem auctoritate gratiaque constitui. Cumque magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis se, quod facturus putabatur, defenderet, adolescens et equitatu et peditatu et pecunia paratus, et totus iis, qui novari aliquid volebant; perfeci ut e regno ille discederet, rexque sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulae communita regnum cum dignitate obtineret.

In hac narratione, quam integram apponere debui, ut nexus universus appareat, primum mireris *Athenaidem*,

regiam uti videtur mulierem, et quae publicis sese negotiis immisceret, aliunde plane non notam. Mireris, inquam, sed acquiescas. Mox quem sacerdotem nominat Cicero, bene novimus; est enim sacerdos templi Bellonae, quod Comanis erat, quem secundum in regno locum occupasse, notatum est ab antiquis scriptoribus. Is tum fuit *Archelaus*, homo notissimus, de quo vide quos laudat Ern. in Clav. Cic. Eum hic sola sacerdotis denominatione indigitari, feras item in epistola ad hominem, haec negotia, uti ex superioribus („te auctore") apparet, Romae tractantem. Quod autem de defensione, quam paret Archelaus, memorat, mentione de partibus ejus in turbis illis Cappadociae, in superioribus nulla diserte facta, hoc fortasse quidem eadem ratione tueris; sed justa tamen his omnibus, tali sustentatione egentibus, orietur suspicio, turbas in textu item Ciceronis, ut in regno illo, actas esse. Quas si facili opera sedavero, laudes et mihi quasdam, tametsi minores quam Ciceroni olim, debitas confido. Rescribas igitur *Archelai* pro eo quod nunc est *Athenaidis*. Quippe librarius, cujus calamo praecedens Athenaei nomen inhaerebat adhuc, pro *Archelai* scripserat *Athenaei*, quod ab intercedente mox correctore in feminae nomen deflexum est. Illud autem sentis, opinor, longe jam elegantius in sequentibus, usurpatam esse a Cicerone *sacerdotis* designationem, loco proprii nominis repetendi.

In *Bruti* c. 16. queritur Cicero de multitudine mendorum, quae in historiam Rom. irrepserint inde, quod multi e plebe homines in patriciam ejusdem nominis gentem migrarint, additque

> ut si ego me a M'. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpicio consule, anno X. post exactos reges fuit,

Miror mendam leviculam quidem, mendam tamen, tot editores fugisse. Quid enim est „patricius fuit cum

Ser. Sulpicio"? Aut si ad verbum *fuit* subaudire malis *consul*, quis ita unquam locutus est? „Tullius fuit cum Sulpicio consule" Sed verba non perdam: quilibet jam videt scribendum: „qui patricius, cum S. S. *consul* — fuit."

Quae autem his statim subjiciuntur verba haec:

> Catonis autem orationes non minus multae verae sunt, quam Attici Lysiae, cujus arbitror plurimas esse —

mendosa visa sunt Schneidero etiam, qui vocem *verae* aut cum *fere* permutandam, aut plane omittendam censet, quarum utraque sane ratio codicem auctorem habet. Mihi tamen utraque correctorem potius aut corruptorem prodere; et in voce *verae* aliud quid latere videbatur. Neque commode jungi puto has voces *fere non minus*. Mihi videtur adjectio vocis *Attici* indicare non solum comparationem oratorum, sed nationum etiam, et hoc dicere Cicero, „habere Romanos Catonem, quem opponant Atticorum Lysiae multitudine orationum." An igitur vox *verae* nata ex compendio *nrae* et locus ita scribendus?

> Catonis autem orationes non minus multae *nostrae* sunt, quam *Atticae* Lysiae.

Quam tamen conjecturam doctiorum examini submitto, qui videbunt, an in oppositionem Atticarum *nostrae orationes* recte dicantur pro *nostro sermone conscriptis*. Quod autem statim subjicitur: *Est enim Atticus;* hoc meae emendationi obesse non credo. *Atticas* enim orationes fortasse non dixisset Cicero, si Athenis natus non esset Lysias.

In eodem *Bruto* c. 22. Cicero narrat, Laelium, cum causam publicanorum quorundam caedis atrocissimae in-

simulatorum gereret, et bis diligentissime, dubio tamen eventu, pro iis dixisset, ad eos locutum esse ita

se arbitrari, causam illam a Ser. Galba, quod is in dicendo gravior acriorque esset, gravius et vehementius posse defendi.

Ita ab Ernestio ex uno ms. editum est, cum antea in editis esset pro *gravior — ornatior*, quod respuit sensus loci. Verum illa Ernestii lectio, ut ipse etiam sensit, peccat contra concinnitatis normam. Quis enim ferat dicentem „Galbam, quod in dicendo *gravior* sit, *gravius* defendere“? Satis igitur apparet, hanc quoque scripturam esse a correctore, qui non haberet, quid e codicum scriptura eliceret. Pro *gravior* enim est in aliis *adhortor*, in aliis iidem ductus, nisi quod pro litera hanc habent figuram —|, in aliis *abhortor*. Reitzii conjecturam *ardentior* ideo non probo, quod haec vox (uti e. g. ex c. 80. hujus ipsius libri apparet) ad *rapiditatem* potius actionis spectat, neque igitur voci *gravius* respondet. Tum a ductibus etiam mendosarum lectionum nimium recedit. Nam ob id ipsum quod sensu plane destitutae sunt hae scripturae, propiores eas credo ductibus primitivis. Ad hos igitur indagandos ita processi. Terminatio haec *ortor* corrupta est ex *Comparativo* aliquo; probabile est igitur literam *t* natam esse ex satis simili *i*. Esset igitur *— orior*, hujus autem terminationis comparativi aut nulli sunt aut certe rarissimi. In mendo igitur est litera etiam *r*; et exiisse putanda est vox originaria aut in *ocior* aut in *osior*, alia enim adjectiva in similem sonum exeuntia habentur nulla. Jam ratione habita priorum etiam literarum, nullam, quod certo scio, mendosis scripturis magis similem invenies vocem hac: *atrociorem*. Et hanc certissimam credo scripturam, corruptioni maxime obnoxiam partim ob insolentiam dictionis, partim ob solennem librariorum errorem, syllabas *at* ed *ad* permu-

tantium. Quod autem ad usum hujus vocis attinet, eum ex ipso Cicerone sufficienter adstruam. Spectat enim ad eam eloquentiam, quae animi affectus maxime movet, et in intimum auditorum quasi pectus sese insinuat; maxime ubi aliquem defendentes, omnium indignationem et odium contra accusatorem incendimus. Sic apud Cic. de Orat. II, 49. Antonius de actione quam pro Norbano contra Caepionem habuerat, ita narrat. „Quod ubi sensi me in possessione judicii ac defensionis meae constitisse, quod — judicum *animos totos* vel *calamitate* civitatis, vel *luctu ac desiderio* propinquorum, vel *odio* proprio in Caepionem, ad causam nostram converteram; tunc admiscere huic generi orationis *vehementi atque atroci* genus *illud* alterum — lenitatis et mansuetudinis coepi.“ Vides, ut in nostro loco *acre*, ita hic *vehemens* genus, quod idem sonat, atroci illi jungi. Sed aliud etiam exemplum addam, quo magis appareat usitatum et laudatoriam fuisse hanc denominationem in arte dicendi, et ad actionem et vocem potissimum spectasse. In Or. 17. postquam exposuerat quantum polleat actio, haec addit. „Volet igitur ille, qui eloquentiae principatum petet, et *contenta voce atrociter* dicere, et summissa leniter; et inclinata videri *gravis*, et inflexa miserabilis.“ En tibi respondentia sibi fere ut in nostro loco *atrox* et *grave*. Apparet igitur, huic praesertim loco, causaeque quam attingit, aptissimam esse vim hujus vocis. Neque est quod anticlimacem in his *atrocior acriorque* offendas. Non enim unius generis duplicem hic habes denominationem; sed quamvis conjunctissima, diversa tamen sunt *atrox* et *acre*, quorum illud spectat ipsum animi affectum, qui voci velut typo imprimitur, hoc fervorem et energiam. Illud igitur ut principale praemitti, hoc ut inserviens subjungi debuit. Si autem orationem quidem hoc sensu atrocem dici posse concedis, oratorem dubitas; observes velim, diversissimos esse *hominem atrocem* et *hominem in dicendo atrocem*, et in posteriori hacce locu-

tione epitheton illud, ad sensum, spectare orationem non hominem. Sic infra c. 76. de Visellio Varrone: „neque verbis *aptiorem* cito alium dixerim, neque sententiis *crebriorem*," et Hortensium c. 88. dicit „compositione *aptum*, facultate *copiosum*," quae omnia orationis sunt non hominis epitheta. Ceterum hoc epitheto ita intellecto neminem illo Galba aptius notari potuisse docent etiam quae mox de eo narrantur. Nam cum retulisset, illum dum hanc ipsam causam meditaretur, inclusum fuisse cum servis litteratis, subjicit haec: „Addebat etiam (Rufus), idque *ad rem pertinere* putabat, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba; ex quo significabat, illum non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem atque incensum fuisse." — Quae omnia hanc meam emendationem adeo certam mihi quidem apparere faciunt, quasi in codice eam ipsam scripturam apice tenus invenerim.

Brut. 40. Cicero differentiam et similitudinem quae erat inter Crassum et Scaevolam, oratores summos, elegantissime ita declaraverat:

> Crassus erat elegantium parcissimus, Scaevola parcorum elegantissimus. Crassus in summa comitate habebat etiam severitatis satis; Scaevolae multa in severitate non deerat tamen comitas.

Indulsisset alius huic generi, et cetera etiam, forsan contra ipsam veritatem, hoc modo persecutus esset; sobrius noster scriptor ita pergit:

> Licet omnia hoc modo; sed vereor, ne fingi videantur haec, ut dicantur a me quodammodo; res se tamen sic habet.

Offendit in hoc sermone vox *quodammodo*; cui interpretatione tantum succurrere studuit Ernestius, divisim

scribi jubent *quodam modo*; ut prior vox modestiae esset extenuantis pulcritudinem superioris loci. Displicet tamen haec ratio non solum per se; sed omnino nequaquam probandae ejusmodi divulsiones locutionum vulgatissimarum. Nam qui hoc impetrasset Cicero a suī aevi hominibus ut *quodammodo* hic junctim non efferrent? Et verum esse hoc meum judicium, inde colligo, quod Schneiderus etiam optimus ea scriptura non acquievit; cujus tamen ratio, desperantis visa est; nam vim affert summam loco, voces fere omnes trajiciendo, alias inserendo, omittendo, mutando. Quare vide, an lenior haec nostra tibi probetur, ut pro *quodammodo* scribatur *commode*. Modesta laus huic etiam verbo inest, laus tamen, quam requirit sententiarum nexus. Accedit usus Ciceronianus. De Amic. 1, 1. „Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam *breviter et commode* dicta, memoriae mandabam.“ Et in notissimo illo de Siculis dicto (Verr. 4, 43.) „Nunquam tam male est Siculis, quin aliquid *facete et commode* dicant.“ Vides igitur ad Veneres orationis et ad acumen maxime spectare verbum *commode*, et loco proinde nostro aptissimum esse.

Levem maculam eluam ex *ejusdem libri* capite 3, ubi morem pristinum commendat Cicero, quo unam causam unus orator a principio litis ad finem defendebat, non vero novus alius superinducebatur, qui respondebat iis quos non audiverat. Ad vitiosum hunc morem proscribendum hoc etiam dicit noster:

> Deinde magni interest coram videre me, quemadmodum adversarius de quaque re asseveret, maxime autem quemadmodum quaeque res audiatur.

Vitiosum quidem nihil offendas in his verbis; verum hoc in Cicerone non satis. Concinnitas mihi quidem poscere

videtur ut pro *maxime* ponatur *maximi*, quod tantum non necessario a librariis corrumpebatur in illam formam.

Elegantissima pictura Cn. Lentuli oratoris *in Brut.* c. 66. uno loco laborat, qui frustra hucusque tentatus fuit. Sic enim legimus in nostris libris:

> Cn. autem Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat: qui cum esset nec peracutus, quamquam et ex facie et ex vultu videbatur, nec abundans verbis, etsi fallebat in eo ipso; sic intervallis, exclamationibus, voce suavi et canora, admirando irridebat, calebat in agendo, ut ea, quae deerant, non desiderarentur.

Hic qui interpretando vulgatam tueri volebant, lepidi sunt, quam belle verbum *irridebat* conveniat illi *admirando* monstrantes, de praecedentibus ablativis, quae non habent, cui jungantur, securi. Ernestius proponebat: *admirando, irridendo valebat in agendo*, in qua tamen scriptura fontem corruptionis non detegis, et languidum videtur verbum *valebat*, voci *sic* etiam minus congruum, cum *tantum* potius requireretur. Recte tamen viderunt VV. DD. notionem verbi *irridere* cum praecedentibus adhuc conjungendam esse, quod, nisi per gerundium *irridendo*, fieri vix poterat concinne. Quare ita reponendum esse plane exploratum mihi est:

> sic intervallis, exclamationibus, voce suavi et canora, admirando, irridendo, splendebat, calebat in agendo, ut etc.

Parallelôs posita sunt et illa *admirando*, *irridendo*, et haec *splendebat*, *calebat*. Verbum autem actionis proprium *splendere* (c. 68. „*actio* vero ejus habebat in *voce*

magnum splendorem" — c. 71. „et *splendore vocis* et dignitate motus fit speciosum et illustre quod dicitur"), quod hic maxime respicit priora illa *intervallis* — — *canora*, ut verbum *calebat* illa *admirando*, *irridendo*. Fons autem corruptionis est in solenni librariorum peccato a simili syllaba in similem aberrantium; nam pro *irridendo splendebat*, a litteris *end* abductus ita prius dederat librarius: *irridendebat*; quod ab insequentibus corrigi debuit, neque jam potuit aliter, nisi mutatum in *irridebat*.

Ibid. cap. 79. extollit oratoriam M. Calidii virtutem his verbis:

> Erant autem et verborum et sententiarum illa lumina, quae vocant Graeci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu, distinguebatur omnis oratio. Qua de re agitur autem, illud quod multis locis in jurisconsultorum includitur formulis, id ubi esset videbat.

In priori hujus loci parte offenderunt interpretes ad haec *in ornatu*, quae an Ciceronis sint dubitabant. Eis non contradicit Ernestius, qui tamen vulgatam rectè interpretatur, de eo autem lectores non admonet, ductam esse insignium imaginem non ab acie, sed a scena, et plenioremesse locum in Oratore Ciceronis c. 39. qui hunc nostrum sustentat illustratque. „Et reliqua, ex collocatione verborum quae sumuntur quasi *lumina*, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis, quae in amplo *ornatu scenae aut fori* appellantur insignia; non quod sola ornent, sed quod excellant." — Sequentia dedi ex recensione Ernestii, qui tamen voculam *id* de suo reposuit, cum vulgata scriptura fuerit *et ubi esset*. Mendosa quidem haec fuerat, sed illud etiam *id* stare plane non potest, quae inepta foret repetitio praecedentis

pronominis *illud*. Diligentius igitur consideranti vulgatum illud, *et*, perspexi *bis* eam particulam hic olim positam fuisse in contiguis duabus brevibusque phrasibus, et aberrasse librarium a priori ad posterius, indeque natam esse lacunam, ita ni fallor explendam: „illud, quod multis locis in jurisconsultorum includitur formulis, et *quid esset*, *et* ubi esset, videbat."

Ibid. c. 89. narrat Cicero qua rerum facie primus forum frequentare coeperit; ubi inter alia leguntur haec.

> Exercebatur una lege judicium Varia, cetera propter bellum intermissis: qui frequentes aderant (quamquam pro se ipsi dicebant) oratores, non illi quidem principes, L. Memmius et Q. Pompejus, sed oratores tamen, teste diserto uterque Philippo, cujus in testimonio contentio et vim accusatoris habebat et copiam.

Hic locus cum per longum tempus a nemine interpretum intellectus esset, Schneiderus primus sensum certe qui solus inesse potest et debet, et vidit et luculente exposuit. Cujus summa haec est. Cicero, cum primum in forum venit, uni judicio lege Varia interesse, et in eo mediocres tantum duo oratores, qui suam ipsi causam dicebant, audire potuit, et unum praeterea vere disertum hominem, Philippum, qui tametsi ut testis tantum in illorum causa prodiret, in hoc tamen testimonio dicendo ea contentione utebatur, quae et vim et copiam accusatoris, non testis, habebat. Huic verissimo loci sensui ut verba etiam, quae nunc manifesto sunt corrupta, adaptaret, circa illam tantummodo parenthesin (*quamquam* etc.) versatus est V. D. cetera intacta relinquens. Ego vero; ut inde incipiam, nunquam credam, verba haec „aderant — — teste diserto uterque Philippo" ita uti nunc sunt posita, illud indicare posse,

testem adhibitum esse Philippum ab illis in illo judicio. Quippe ablativi hi consequentiae ex usu vulgatissimo nihil aliud valent, nisi veritatem eorum asserere quae a teipso proferantur. Et recte igitur, ad grammaticam normam Wetzel, etsi contra ingenium narrationis, testem Philippum a Cicerone allatum putat de oratoria duorum illorum virtute. Certe ea serie posita a Romanorum nemine aliter accipi potuisse haec verba, asseverare ausim. Quare hic etiam mendum agnosco, et ejusdem quidem naturae, quale bis jam vidimus. Nempe praecesserat vocem *uterque* forma quaedam verbi *uti*, a cujus primis literis aberravit librarius ad vocem sequentem. Quaenam autem fuerit ea forma, hoc, nisi constitutis *illis* quae praecedunt, definiri non potest. Et erat quidem cum *utebantur* vellem, servata parenthesi illa, nisi quod *quamquam* mutandum esset in *quoniam* sive *quandoquidem*: tum ipsum etiam *quamquam* servari posse credebam, ut sit corrigentis se („quamquam quid attinet frequentiam eorum memorare? cum pro se ipsi dicerent"). Nunc his omnibus rejectis in sola Schneideri ratione acquievi, qui (ductu scripturae ed. Ven. *qui frequens aderam*) reponit:

> *cui frequenter* [ego servem scripturam *frequens*] *aderam*; quamquam pro se ipsi dicebant oratores, non illi quidem principes, L. M. et Q. P., sed oratores tamen etc.

Particula *quamquam* objectionem occupat, quid oratores tam mediocres audiens proficere potuerit Cicero; eidemque respondetur illo *sed — tamen*, quod minus respicit particulam *quidem* quam praecedentem *quamquam*. Iis autem, quae pro optima hac emendatione militant, unum etiam adjiciam hoc, quod, quocunque tandem modo in vulgata loci constitutione statueris de voce *quamquam*, verbum *adesse* de ipso *actore* hac sententiarum serie

languide admodum, imo subabsurde usurparetur. — Jam ita constitutis prioribus, cumulus accedet emendationi, si, ad meam mentem superius expositam, ante vocem *uterque* inseras *utentes*. Justissima autem existit responsio ad illam quam modo tetigi in voce *quamquam* objectionem, si uno tenore enuntias haec: *sed oratores tamen, teste diserto utentes uterque Philippo* *).

*) Hanc meam observationem jam absolveram, cum *Purgoldi* ad me veniebat libellus (Obss. in Soph. Eurip. Anthолog. Gr. et Ciceronem. Jenae 1802. 8.) cujus pagina 347 idem Bruti locus tractatur. Quae disputatio cum ad meam sententiam mutandam me non permoverit, ipse jam studebo ut illum contra V. D. in meam pertraham; quod tamen, nisi impugnata ipsius conjectura, fieri non potest. Nempe utrumque vocabulum *teste* et *testimonio* ad sententiam privatam *de* illis oratoribus trahens, ita postrema emendat: „teste diserto uterque Philippo; cujus *ille* testimonio *contentionem* et vim accusatoris habebat et copiam." Hac voce *ille* priorem ex ante nominatis duobus oratoribus, Memmium, intelligit. At vero quamvis non negem voces *hic* et *ille* saepissime apud antiquos eadem norma usurpari, quam nostrae adoptarunt linguae; tamen hic mos non ita pervulgatus erat, ut sola vox *ille, argumento non adjuvante*, prius vocabulum e duobus contiguis tam certo notaret, ut nulla praeterea adjectione opus esset. Deinde quis ferat loquentem Ciceronem ita? „M. et P. oratores fuerunt, *teste Philippo; cujus testimonio* M. contentionem accusatoris habebat." *Teste Philippo* et *testimonio Philippi* idem sonant, misella tantum verborum variatione. Adde quod mira foret Ciceronis religio, si *testem* sibi adducendum esse crederet, cum aliquem oratorem, non magnum et principem, sed *oratorem* tantum nominaret. Difficultatem autem praecedentium verborum plane non tangit V. D., ut neque Schneideri rationem, quae cum Purgoldiana hac conjectura coire non potest. — Sed rogat V. D., cur Cicero, si vim et copiam Philippi in testimoniis dicendis laudare vellet, non apertius eum inter eos oratores numeraverit, qui tum temporis in urbe adessent et causas dicerent. Respondeo, quia causas tum

Restat unus adhuc in *Bruto* locus, qui logicis rationibus non minus adversari videtur, quam mendosus ille quem modo tractavimus. Est is in eodem *c.* 89. ubi narrat se totum se Philoni Academico studioque philosophico tradidisse; tum persequitur:

> In quo (sc. studio) hoc etiam commorabar attentius, quod, etsi rerum ipsarum varietas et magnitudo summa me delectatione retinebat, tamen sublata jam esse in perpetuum ratio judiciorum videbatur.

Erat cum hunc locum simpliciter ita corrigendum crederem, ut particulam *quod*, quam revera omittunt codices aliquot, delerem, et mox pro *tamen* eam reponerem. Diligentius tamen locum consideranti illud me maxime commovit, quod viderem nihil inesse huic periodo, quod non verae logices rationi optime responderet, modo aliter singulae partes collocarentur. Nam tolle verba haec: *hoc etiam — quod* et insere ea post *tamen*, et optime omnia procedent sic:

> In quo, etsi rerum ipsarum varietas et magnitudo summa me delectatione retinebat, tamen *hoc etiam commorabar attentius*, *quod* sublata jam esse in perpetuum ratio judiciorum videbatur.

Non deerunt qui ita rescribi volent. Mihi tamen inter omnes emendandi modos haec ratio, qua integrae verborum continuationes transponuntur, etsi quibusdam

---

non dicebat. Nam non omnes, qui in urbe erant, sed qui forum ad causas dicendas frequentabant, cum ipse primus ad illud accederet, hoc loco nominat. Sed optime respondet omnibus V. D. quaestionibus expositio sententiae Schneideriana, quam vereor ut inspexerit Purgoldus, cujusque summam supra dedi.

criticis (ob conservationem verborum omnium) facillima videtur, semper minime placuit. Scio equidem, inveniri in codicibus ejusmodi confusiones; sed tum fere observes aut caecum aliquem casum in positu vocabulorum per oscitantiam stupidi plane scribae dominantem, aut structuram aliquam, faciliorem visam, verae sed impeditiori ab indocto praelatam; quorum neutrum hic locum habet. Contra confusa mihi haeret memoria negligentioris structurae ex optimorum auctorum scriptis, qua sententiarum consecutionem veram et logicam obliteratam deprehendi, cum voces quasdam majori pondere proferendas anteverteret cogitatio, uti hic *hoc etiam etc.* Sane vox *tamen* nunc praefixa est sententiae, quae per se non opposita est praecedenti; sed subvenit mens, non scriptoris tantum, verum ipsius etiam legentis, jungendo particulae illi quaedam in hunc fere sensum: *tamen illis non opus erat quoniam etc.*; brevius nos: *doch ohnedas.*

Aliud exemplum hujus idearum in ipsa mente quasi transpositionis commode ipse Cicero ministrat, *in Verr.* 4, 3 *extr.* Memoratis ibi quatuor praestantissimi operis signis, quae Verres Hejo Mamertino surripuerat, ita loquitur noster:

> Haec omnia, quae dixi, signa, judices, ab Hejo de sacrario Verres abstulit: nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen, praeter unum pervetus ligneum, Bonam Fortunam, ut opinor eam iste habere domi suae noluit.

Haeserunt interpretes in illo *tamen*, neque injuria; nam logicae rationi repugnat. Tamen eadem causa, quae supra, hic etiam ab omni vi deterrere nos debet. Quippe nihil inest orationi quod non a sententia requiratur. Nam fac ita scriptum esse „neque aliud ullum, praeter unum tamen pervetus ligneum", et commodissima essent

omnia. Hanc igitur transpositionem, ut in ipso textu admittendam, mihi olim ad marginem libri alleveram. Nunc vero dubium mihi non est, Ciceronem dedisse ut habent editiones nostrae. Nempe ad ridiculam illam vetusti et inficeti signi exceptionem properantis mens anteverterat irrisorium hoc *tamen*, et iis verbis illud adjunxerat, quae revera quidem exceptionem nondum continebant, tamen ad introducendam illam erant adhibita. Quatuor illa pretiosissima signa abstulerat Verres; haec summa erat; ceterorum minoris pretii quae in eodem sacrario fuerant, plane non meminisset Cicero, nisi jocularem illam exceptionem intendisset. Sic in mente loquentis exceptio utique viget jam in his verbis *neque aliud ullum*, cum re ipsa a voce demum *praeter* inchoetur. Nam aliis verbis ita loqui potuit orator. „Haec omnia (quatuor) abstulit Verres. *Tamen e ceteris*, quae erant in sacrario, unum pervetus ligneum reliquit." — Noli autem objicere, simillimas esse voces *ullum* et *unum*, ut facile vox *tamen* ab hac ad illam per oscitantiam librarii migrare potuerit. Similitudo vocum illud sane quam saepissime efficit, ut ab altera ad alteram transiliat scriba, nunquam vero ut comitem alterius alteri adjungat, cetera recte repraesentet. Bini, terni casus ad ejusmodi transpositionem concurrant necesse est; et fieri itaque haec possunt quidem: sed verisimilior longe receptae lectionis explicandae ratio talis, quae naturae mentis humanae alioqui sit consentanea.

Sunt emendationes, quae per se leves, magna tamen recte administratae voluptate afficiunt, cum locus quidam elegantia et facetia praecellens ab aliqua etsi minima parte nitori suo redditur. Eam medicinam nunc afferam loco Ciceronis prae aliis splendenti in Orat. *pro Rosc. Amer.* 32. Extollens ibi multitudinem materiae quam causa Roscii defensori praebeat, accusatorem, Erucium, appellat his verbis: Haec tu, tot et tanta si nactus esses

in reo, quamdiu diceres etc.! Tum pergit, se etiam in hac sua pro Roscio defensione tanta materia instructum non minus copiose dicere, si vellet, posse; verum se vel sic, propter multitudinem patronorum, nonnisi mediocrem appariturum esse; illum contra locum non infimum in accusatoribus obtinere, cum tot ejus generis homines in Sullana proscriptione perierint. Hoc ita affert:

> Verum ego forsitan, propter multitudinem patronorum, in grege annumerer: te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit. Multos caesos non ad Trasimenum lacum, sed ad Servilium vidimus. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? etc.

Totum locum describere non attinet, et ex iis quae a VV. DD. ad declarandum congesta sunt, hoc tantum moneo, esse hic perpetuam allegoriam, dum proscriptionem Sullanam comparat cladibus belli Punici et antiqui illius Trojani.

Ad accusatores autem haec maxime hic spectant, quia auctores caedium illarum non probos tantummodo viros, sed, ne quando in judicium his de causis vocarentur, accusatores etiam tantum non omnes deleverant. Jam igitur sensu in aprico posito, hoc velim perpendas, an allegoriam hanc bene Cicero inchoaverit his verbis „te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit.“ Auditores, in praecedentibus ad allegoriam nondum praeparati, nonnisi de vera pugna Cannensi haec intelligere poterant, et dubii proinde haerere, usque dum in sequentibus fortasse mens auctoris iis suboleret. Hanc obscuritatem tollas et nativam simul Ciceroni reddas concinnitatem, si mecum scribas

> te *pugna Cannensis accusatorum* sat bonum fecit.

Elegantissime *pugnam Cannensem* appellative usurpat pro strage quacunque maxima, quam adjecto proinde

genitivo definit. Nam revera erat pugna inter accusatores, cum Sullani ipsi quoque delatores agerent, illosque ut perniciosos cives accusarent et proscriberent. Concinnitas autem requirebat, ut, quemadmodum antea non dixerat „in grege *patronorum* annumerer", ita hic etiam *sat bonum* nulla adjectione diceret illum, et *cladem accusatorum* opponeret *multitudini patronorum*. Adde quod longe lepidius *sat bonus* dicitur Erucius, suppressa et ex proximis arcessenda infami accusatoris notione, quam si diserte eum nominaret *bonum accusatorem*. (*Bey der grossen Menge von Männern, welche ihre Mitbürger zu vertheidigen bereit sind, wäre ich immer nur ein mittelmässiges Subjekt; dich hat jene Cannensische Schlacht der Angeber zu einem tüchtigen Manne gemacht.*)

Mirandum est in editione viri tam docti latine, quam fuit Ernestius, tot adhuc reperiri locos pessima distinctione plane laceratos. Ejusmodi est in Orat. *pro Caecina* c. 23. Piso, adversarii patronus, multis calumniis usus erat, et inter alia, ut se ab interdicto praetoris, quod vi et armis *dejicere* aliquem e fundo vetabat, liberaret, non *dejectum* sed *intrare prohibitum* esse Caecinam causatus erat. Jam cum contra ejusmodi verborum calumnias ad jurisconsultos provocaret Caecina, qui *verba* non esse urgenda, sensum et aequitatem spectanda pronuntiassent: ille contra excipiebat, jurisconsultorum auctoritati obtemperari non oportere. Tum vero indignatur Cicero. Alias, inquit, ii tantum qui pro aequo et bono contra verba et litteras pugnant, illud quod dicitur summum jus et jurisconsultorum auctoritatem repudiant. (Cetera jam ponam ipsis verbis Ciceronis, ex Ernestii distinctione:)

> In ista vero causa, cum tu sis is, qui te verbo litteraque defendas: cum tuae sint hae partes, unde dejectus es? an inde quo prohibitus es accedere, ejectus

es, non dejectus? Cum tua sit haec oratio, Fateor, me homines coëgisse: fateor, armasse: fateor, tibi mortem esse minitatum: fateor, hoc interdicto praetoris vindicari, si voluntas et aequitas valeat: sed ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitescam: non dejeci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires. (Cap. 24.) In ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem, non verbi, habere oportere. Et hoc loco Scaevolam, dixisti, causam apud centumviros non tenuisse: quem ego etc.

Quae hic in priori parte post vocem *partes* turbata sunt, Ernestius primus, ratione non explicata, novavit. Nam antiquiores editiones bene haec distinguunt. Cetera in omnibus perinde sunt obscurata. Et Olivetus quidem novi capitis in verbis *In ista defensione* initium ipse agnovisse videtur, cum maxima distinctione typographica (quam *a linea* dicunt) ibi utatur. — Vera autem distinctio haec est:

In ista vero causa, cum tu sis is, qui te verbo litteraque defendas; cum tuae sint hae partes: Unde dejectus es? an inde, quo prohibitus es accedere? ejectus es, non dejectus; — cum tua sit haec oratio: Fateor me homines coëgisse, fateor armasse; fateor tibi mortem esse minitatum; fateor hoc interdicto praetoris vindicari, si voluntas et aequitas valeat: sed ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitescam: non dejeci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires: — in ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem, non verbi habere oportere? et hoc loco Scaevolam, dixisti, causam apud centumviros non tenuisse? quem etc.

Apparet verba haec: *Unde dejectus — non dejectus*, ex persona adversarii calumniantis prolata esse, et itidem in sequentibus haec omnia: *Fatear — ne venires.* Ob tam longae igitur et tam diversae orationis interjectum, verba illa ex initio: *In ista vero causa*, nunc repetit levi hac mutatione: *In ista defensione*; qui nexus orationis tam necessarius plane oblitteratus est in vulgatis editionibus. Eo autem restituto, ex sola particula *vero* apparet, ultima haec interrogative per admirationem sive indignationem esse efferenda. „Ceteri tum ita loquuntur, cum se in causa putant habere aequum. In ista vero causa, cum tu sis is, qui te verbo litterâque defendas, accusas eos qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem haberi oportere?“ Nihil tamen mirum, hoc nexu neglecto, recentiores editores delevisse interrogationis signum, quod in prioribus jam apparebat post *oportere*. Sequentia autem de Scaevola ego primus cum eadem interrogatione continuavi. „Tu ausus es Scaevolae exemplum, quasi tuae causae conduceret, afferre?“ Tum subjicit, Scaevolam causa excidisse, quia verbis oppugnaret aequitatem, plane ut Piso hic contra Caecinam.

Verbo tantum hac occasione de contrario vitio monebo, quod obsidet editos in *Verrina quarta c. 57*; ubi verba haec:

> Verres haec habeat domi: Verres ornamentis fanorum atque oppidorum habeat plenam domum, villas refertas.

Per indignationem cum interrogationis signis scribuntur, cum longe salsius asseveranter per ironiam accipienda sint, uti apparebit diligenti cuique ex ipso loco, ad quem ablegamus lectorem, id tantum praeterea monentes, perperam ab Ernestio in praecedentibus post *non possumus* loco minoris distinctionis colli signum esse invectum.

Illud autem plane non perspicio, quid acciderit Ernestio, cum in *Verr.* 5, 8. hanc optimam priorum editorum distinctionem repudiaret:

> Tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles: simul ac tute coeperis tua judicia rescindere, mihi succensere desinito.

Postrema haec non cohaerere pronuntiabat vir doctus, et colon claudebat cum voce *rescindere*, commate antea post *voles* posito. Non igitur videbat sibi opponi haec *tu voles* et *tute coeperis*, et ipsum hoc *tute* iterum opponi sequenti *mihi*.

Sed revertamur ad *Orat. pro Caec.*, ubi jam vidimus adversarium calumniantem in voce *dejicere*. Sed jusserat praetoris interdictum restitui Caecinam, *unde dejectus esset;* quorum verborum primum *unde* calumniis itidem erat obnoxium. Demonstrat itaque *cap.* 30 sensum ejus Cicero verbis, quae ita in mss. habentur:

> Hoc verbum *unde* utrumque declarat, et ex quo loco, et a quo loco. Unde dejectus est Cinna? ex urbe. Unde dejecisti? ab urbe. Unde dejecti Galli? a Capitolio. Unde, qui cum Graccho fuerunt? ex Capitolio.

Perspexerunt omnes, in mendosa voce *dejecisti* latere aliud exemplum ex historia, et quidem hostium, antequam urbem ingredi potuerint, pulsorum. Proposita sunt ab aliis alia; e quibus Pantagathi conjectura: *Unde dejecti Samnites?* maxime mihi placeret, quia clades Samnitum, quem ultimum Marianarum partium exercitum Sulla ante ipsa Romae moenia fugaverat, non longe post Cinnae interitum incidit, et chronologiae proinde hic etiam, ut in proximis duobus exemplis, ratio habita esset. Sed fons corruptelae plane nullus sic apparet,

nisi quoquo tandem casu vocem *Samnites* excidisse, et ad sensum tunc supplendum *dejecti* in *dejeciti* mutatum dicas. Quae ratio cum ad meum quidem sensum minus sit verisimilis, ipse aliam excogitavi scripturam hanc: *Unde dejecti Tusci?* Ex hac enim junctim exarata, *dejectitusci*, nasci potuisse correcturam *dejeciti* satis probabile, opinor, cuilibet videbitur. *Tuscos* autem eos intelligo, qui cum Porsena olim Romam obsederant; et chronologicam proinde seriem, quae hic non requiritur, negligo. Ceterum certus sum, hanc rei omnium notissimae innitentem conjecturam, sponte se obtulisse omnibus illis viris doctissimis, qui in hoc loco desudarunt; neminem tamen illam protulisse, quoniam pulsus non fuit Porsena, sed miratus tantum in Coclite et Mutio Romanorum virtutem, datis obsidibus sponte recessit. At vero cogitandum, quam vim verbo *dejicere* per totam hanc orationem tribuat Cicero. Etenim eum etiam qui, ut Caecina, minis et conspectu hominum armatorum ab ingressu loci alicujus deterritus erat, vere dejectum esse asseverat ubique. Quanto magis igitur Etrusci, qui cum jam in eo essent ut per pontem intrarent urbem, ab Horatio solo, dum pons abjiceretur, retenti, deinde conspectu armatorum in altera ripa a transnando flumine absterriti sunt, *dejectos* dicere potuit Cicero. Incipit autem a seriori Cinnae exemplo, quia consentaneum erat magis ordiri a naturaliori vocis *unde* significatu *ex quo*; quam rationem in secundo exemplorum pari, non sine elegantia quadam deserit. — Nec audiendus est Ernestius, qui cum lacunae signo reponit *dejectus*, cum clarum esse dicat, Ciceronem bis in singulari, bis in plurali dixisse. At vero minime hoc clarum mihi quidem. Bis de urbe, bis de Capitolio dicere concinnitas jubebat, ut comparatio loci quasi oculis fieret in utroque exemplo; unus an plures nominentur, qui dejecti essent, perinde erat. Nominasset tamen fortasse unum Porsenam, ut gratius accideret auribus respondens sibi in utroque

exemplo numerus. Sed hoc salva veritate fieri non poterat. Non dejectus est illo Horatii fortiter facto Porsena, qui obsidionem postea etiam continuavit; dejecti sunt *homines Tusci* ea die, qua in ipso urbis limine ab ea arcebantur, et in castra redire cogebantur.

Pro Leg. Manil. 8.

> In quo maxime laborandum est, ne forte a vobis, quae diligentissime providenda sunt, contemnenda esse videantur.

In hac librorum omnium scriptura cum merito displiceret criticis vocula *a*, nonnisi de ejicienda ea cogitarunt. Ego mutandam censeo in *ea*, cujus prior littera a postrema proximae vocis absorpta est. Cum vi pronuntiaverat vocem Cicero; ne forte et ipsam supervacuam credas. (Nobis: *gerade das, was —,*)

Menda, si litterarum apices spectas, levis admodum, sensui tamen haud parum nociva, ut mirer a nemine adhuc correctam, obsedit initium capitis 45. *Orat. pro Cluent.* Agitur ibi de judicio quodam censorio, quod pro se contra Cluentium adduxerat pars adversa. Hujus judicii auctoritatem minuere studens, ita loquitur Cicero:

> Quid igitur censores secuti sunt? ne ipsi quidem, ut gravissime dicam, quidquam aliud dicent, praeter sermonem atque famam.

Unum tantum interpretem in his verbis *ut gravissime dicam* moratum invenio, qui explicat *verissime*, quam rationem pluribus refutarem, nisi emendationem meam sua sponte se commendaturam confiderem. Legendum: *ut gravissime dicant*,

Dum hunc locum recolo, oculis meis offert sese proxime praecedens, ab Ernestio nimis confidenter properanterque tractatus, quem obiter vindicabo.

> Quid est, quod te ista censoria, sive voluntas sive opinio fuit, adjuvare, aut hunc innocentem opprimere posse videatur?

Quia propter verbum *fuit*, vox *censoria* nullum substantivum habeat, ad quod referatur; illud, non suspectum habet, non uncis includit, sed delet, „rem evidentem et necessariam esse" pronuntians. Ego adjectivum *censoria* ad substantiva sequentia, etsi per verbum *fuit* segregata, si non *logica*, aut *grammatica*, certe *rhetorica* ratione optime referri posse, plane non dubito, viam qua se intruserit (cum doctius sit quam pro glossatore) non video, imo elegans judico et tantum non necessarium, ob *formam* praeteriti, qua voluntas sive opinio, quam tempore subscriptionis habuerunt censores, ab ea, quam nunc habere possunt, diligenter secernitur. (*Mag das ihr Wille oder ihre Meinung gewesen seyn.*)

In ejusdem *pro Cluent.* orationis capite 53 summam legum utilitatem extollens Cicero judicem quaestionis, qui praetoris vicem gerebat, ita, in nostris quidem libris, appellat:

> Quid est, Q. Naso, cur tu in isto loco sedeas? quae vis est, qua abs te hi judices, tali dignitate praediti, coërceantur?

In hoc loco certe nemo quidquam tentandum credat, nisi varia hic sit lectio. Pars enim librorum pro *isto* exhibent *hoc*, pars *hoc sexto*, quarum scripturarum utramque merito quidem repudiarunt VV. DD. Sed fieri non potest, quin in his corruptelis verior quaedam scriptura lateat. Facile quoque apparet, *isto* ex eadem voce natum esse, qua illud *sexto;* quod cum adjectum habeat pronomen *hoc*, solum etiam in codd. comparens, concludimus inde in antiquioribus lectum etiam fuisse *hoc isto:* quod cum vitiosum esse viderent librarii, alius

omisit *hoc*, alius *isto*. Conservanda igitur vox *hoc*, et alia insuper quaerenda, quae duabus his scripturis *isto* et *sexto* similis sit. Eam autem equidem invenio nullam nostro loco aptam, praeter hanc aptissimam *sancto*, quae notissimis compendiis scribi solita est *sacto* et *sto*. Legendum igitur *in hoc sancto loco*, praetoris scilicet tribunali. Certe in hac sermonis intentione, vox *locus* a Cicerone sine epitheto dimitti vix potuit; quare mox etiam non dicit nude *hi judices*, sed addit *tali dignitate praediti*. Majestatem muneris extollit, per quod in *sancto* loco sedebat, viros *dignissimos* coërcebat Naso.

In *priori de leg. agr. oratione c.* 1 Cicero consul Rullum, qui agros Populi Ro. quam plurimos vendendos suaserat, impugnans ita declamat:

> Tum vero hoc me inertiorem consulem judicabo, quam illos fortissimos viros, qui apud majores nostros fuerunt, quod, quae vectigalia, illis consulibus, populo Ro. parta sunt, ea, me consule, ne retineri quidem posse judicabuntur.

Hunc locum ideo tantum hic posui, ut mirarer quid permoverit Ernestium, scribere ad eum ita: „Hunc locum sanum non puto: nam constructio non constat, nec sensus.“ Plana tamen, nisi quid ipse caecutio, sunt omnia. Nam in oculos incurrit, vocem *hoc* esse ablativum referendum ad sequentem conjunctionem *quod*, ad verbum autem *fuerunt* intelligendum esse *consules*. Quae vectigalia sub antiquis consulibus parta sint, ea si se consule ne retineri quidem possent, hoc ipso facto inertiorem se illis consulem judicaret Cicero. Quodsi quid difficultatis in his restet, quod ego non perceperim, de eo certior fieri maximopere cupiam.

Addam his Ciceronianis, duos *Ennii* locos e Cicerone. Prior est in *Brut.* 15, interjecto ipsius Tullii sermone

aliquantum quidem distractus, ita tamen ut, illis omissis, Enniana recte cohaereant. Notissimum tamen locum nusquam hactenus bene distinctum legi; quare statim hic ponam, uti legendus est:

Additur orator Corneliu' suaviloquenti
Ore Cethegus Marcu' Tuditano collega
Marci filius. Is dictus popularibus olim,
Qui cum vivebant homines, atque aevum agitabant,
Flos delibatus populi Suadaeque medulla.

Male in secundo versu comma ponitur ab aliis ante, ab aliis post vocem *Marcu'*. Structura enim sic procedit: *M. Cornelius Cathegus, Marci filius, suaviloquenti ore, additur collega Tuditano.* (Hic est P. Sempronius Tuditanus, qui cum Cethego et censor et consul fuit, quemque in proxime praecedentibus haud dubie pleno nomine memoraverat Ennius.) Post verbum autem *dictus* apud Ciceronem legitur praeterea vox *ollis;* quae cum metrum turbaret, varii varie versum tentarunt, et quamcunque vocem ejicere maluerunt, quam hanc, qua ipsum Ennium Ennio surripere videbantur. Tamen certissimum est, vocem hanc plane hic supervacaneam, imo mendosam (impedit enim relationem necessariam inter *populares* et *Cethegum*), ex corruptione vocis *olim* natam, mox, ut fieri solet, cum illa ipsa textui intrusam esse *).

*) Iterum cogor eundem illum V. D. quem paullo ante, hic etiam carpere, quod verbum *delibatus* in hoc Ennii loco sollicitavit; quod eo magis doleo, cum nimia properantia acciderit illi, ut aliam vocem substituerit, quae contra metrum peccaret. Atqui elegantissima est Enniana phrasis, quem ipsam, ut amoenum in horridiusculo campo florem, semper deamavi. Locutionem hanc: *flosculos undique delibare* ex ipso Cicerone vel vulgata Lexica ministrare poterant. Est igitur *flos delibatus* cujuscunque rei pars praecipua et jucundissima, quam in delicias tibi quasi decerpseris et reservaris. Quare quid tantopere peccarit Wetzelius, cum in explicationem ejus uteretur voce *eximius*, equidem non assequor.

Alterum Ennii fragmentum non emendabo, sed primus indicabo, magnam scilicet gratiam ab antiquitatis studiosis initurus, quod probo et valido hexametro collectionem reliquiarum Ennianarum auxero. Est is apud Cic. *de Inv. I*, 19, ubi quatuor exempla narrationis generum diversorum proponit, quae, quamvis ad oratorium usum, e poetis omnia arcessit. Omnia dico; nam cum metrica sint cetera tria, attentos hoc facere debebat editores, ad hexametrum etiam in secundo exemplo agnoscendum, quod his verbis profert Cicero: *Historia est gesta res, ab aetatis nostrae memoria remota: quod genus, Appius indixit Karthaginiensibus bellum.* Sic omnia junctim hodie scribuntur, cum segregari et ita scribi oportuerit extrema:

Appius indixit Karthaginiensibu' bellum.

Ennianum hunc esse versum ex eo annali depromptum, quo initia belli Punici primi, ab Appio Claudio in Sicilia inchoati, narrabantur, neminem amplius credo dubitaturum.

Frid. Guilielmi Sturzii

de

Vocabuli γόης

significationibus

Commentatio philologica.

Frid. Guilielmi Sturzii

de

Vocabuli γόης

significationibus

Commentatio philologica.

Ad lautas illas, quas Illustris Eichstadius eruditis hominibus parat, epulas collatitias invitatus, religioni mihi duxi symbolam non dare, quae, quanquam exigua et curtae supellectilis index, satis tamen magna videtur ad declarandum, quam dandi cupidus sim, et quantum operae posuerim in colligendis et componendis meis copiolis, ut saltem nonnullis convivarum libeat aliquam inde particulam delibare, dum meam rerum optimarum famem sitimque explere possim reliquorum locupletiorum exquisitis deliciis. Fortassis alio tempore afferre potero tam plura, quam quae magis palatum titillent. Interim appono scitamenta mea satis inscite apparata, quae tamen velim ut non omnino insipida judicentur.

Scilicet cum vidissem, philosophos nonnullos veteres mox *μάγους* appellatos, mox *γόητας* fuisse, nec tamen quenquam nossem, qui vocabulorum horum vim declarasset satis perspicue, cumque observassem, vocabulo *γόης* a Grammaticis antiquis pene eandem potestatem tribui, quam scimus nomini *μάγος* subjectam fuisse, sed saepe tamen haec duo inter se differre dici, cum denique

nominis γόης originem prorsus incertam esse intellexissem, ita ut ejus notio, quae videtur haud semper eadem fuisse, non nisi ex plurimis veterum scriptorum locis erui ac definiri posset: non plane inutilem putavi operam poni in veterum locis et colligendis et ita inter se componendis, ut verisimiliter inde usus loquendi posset perspici. Jam licet proprie mihi dicendum sit de γοητείᾳ, postulat tamen disputationis et argumenti ratio, ut pauca quaedam de μαγείᾳ praemittam. Nam de φαρμακείᾳ, quae et ipsa cum his quodammodo cohaeret, per occasionem disserendi locus erit paulo inferius.

Et μαγεία quidem in nobili Platonis loco [1]) explicatur verbis θεῶν θεραπεία, quae *Ammianus Marcellinus* [2]) reddit *divinorum incorruptissimum cultum*. *Apulejus* autem [3]) diserte, „Persarum lingua Magus est, inquis, qui nostra sacerdos;“ et deinceps allata verba *Platonis* ita exponit: *artem diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet et diviniscientem*. Sic *Hesychius*: μαγεύειν· γοητεύειν, θεραπεύειν θεούς, it. Μάγον· θεοσεβῆ καὶ θεολόγον καὶ ἰερέα οἱ Πέρσαι οὕτως λέγουσι. Olim igitur in bonam partem dicebatur, neque opus est vt plura hanc in rem afferam, cum centies allata sint a viris doctis [4]). Postea verò, cum istis vel sacer-

1) Alcib. I. p. 122. A. T. II. opp. ed. *Steph.*

2) 23, 6. de quo loco, praeter *Lindenbrogii* notas, legendus est *Chr. Falsterus* in supplemento linguae Latinae, Flensb. 1717. 8. p. 209.

3) in apologia p. 290. ed. *Elmenhorst.*

4) ut *Perizonio* ad *Aelian.* V. H. 2, 17. *Bruckero* hist. crit. philos. T. I. p. 125. sqq. 136. sqq. 160. sqq. Auctore libri, qui inscribitur: *Über geheime Wissenschaften, Initiationen und neuere Verbindungen*, Vol. I. Altenb. 1786. 8. Diss. I. *Dieterico Tiedemanno* de quaestione: quae fuerit

dotibus et theologis, vel philosophis et sapientibus, a popularibus suis tribui coepisset sapientia quaedam arcana, id quod ubique fieri ab imperita plebecula solet: ipsi hac vulgi opinione ita usi sunt, ut primo e siderum motu praedicerent tempestates futuras, deinde tam e sideribus quam ex extis res etiam alias. In quo conjectandi conatu ubi res bene cesserat, coeperunt tandem jactare scientiam et facultatem, per certos quosdam sacrorum ritus eliciendi ex inferis manes, et adigendi eos ad res reconditas sibi enunciandas. Atque sic vocabula *μάγος*, *μαγεία*, *μαγεύειν*, et reliqua hujus familiae, coeperunt quasi infamia fieri, ac de iis quoque dici, qui deos adeo ipsos cogere posse crederentur.

Pene eandem puto nominis *γόης* et nominum ex eo exortorum rationem fuisse. Quae mea sententia quo certius possit probari, audiendi primo sunt Grammatici veteres. *Hesychius: γόης· μάγος, κόλαξ, περίεργος.* it. *γοητεύει· ἀπατᾷ, μαγεύει, πείθει, φαρμακεύει.* it. *γοητικόν· ἀπατηλόν, μαγικόν, τὸ δὲ ἐπαοιδῶν ἐσκευασμένον.* *Suidas: γόης· κόλαξ, περίεργος, πλάνος, ἀπατεών.* *Georgius Lecapenus* [5]*: γοητεύω· τὸ ἐπάγομαι καὶ ἀπατῶ καὶ φενακίζω. γοητεύω καὶ τὸ διὰ μαγγανείας ἀπάγω.* *Glossaria vetera: γοητεία, ἐπὶ κολακείας, blanditiae.* it. *γοητεύω, κολακεύω, blandior.* Ex his aliisque locis apparet, nomini *γόης* etiam plures quam nomini *μάγος* notiones tribui, utrique tamen pene easdem. Primitus enim nomen *γόης* fere idem quod *μάγος*

---

artium magicarum origo, Marburg. 1787. 4. *Eberhardo über den Ursprung der heutigen Magie*, in ejus *neuen vermischten Schriften*, Hal. 1788. 8. diss. VII. aliisque permultis.

5) in Grammatica, cujus excerpta leguntur in Cel. *Matthaei* lectt. Mosquens. Vol. I. Lips. 1779. 8. p. 60.

videtur significasse et bono sensu dictum fuisse de *homine religioso* atque adeo *sacerdote*. Quare apud *Lucianum* de astrologia junguntur γοητεία καὶ ἱερολογία, et saepe in antiquis scriptoribus juncta reperiuntur nomina μάγος et γόης [6]), ut vocabulum γοητεία cum vocabulo μαγγανεία commutatum [7]), et *Wesselingius* [8]) videtur recte, quamvis auctoritate carens, viri docti sententiam comprobasse, qui fieri potuisse putabat, ut μάγοι inter Persas honoratiores, sub se γόητας, *vilioris conditionis sacrificos*, habuerint. Quia vero nihil olim fuit sacerdotibus curiosius, quippe qui se omnibus negotiis immiscere consultum putarent, facile perspici a quolibet puto, quomodo γόης ex usu loquendi poni interdum ita potuerit, ut idem esset qui περίεργος atque *ardelio*. Eodem modo cum sacerdotes multi variis fraudibus aliisque malis artibus, etiam adulando assentandoque, plebem rerum omnium rudem deciperent, nata est haec vocabuli notio, ut eo significaretur κόλαξ [9]), et κλάνος et ἀπατεών [10]). Postea cum idem hominum genus, quos deinde

---

6) ut ap. *Epiphan.* p. 29. ed. Basil. 1544. fol. Simon ille ex apostolorum historia notus mox μάγος, mox γόης dicitur. Apud *Plutarch.* de superstit. c. 12. componuntur γοητείαι et μαγεῖαι. *Aeschines* contr. Ctesiphont. p. 550. ed. *Reisk.* conjunxit itidem, quanquam alio sensu, nomina μάγος καὶ γόης. Sic *Scholia in Platonem* p. 54. ed. *Ruhnken.* ὁ ἔρως γόης, καὶ ἡ Φύσις ὑπό τινων μάγος κέκληται.

7) *Suidas*: μαγγανεία· ἡ γοητεία. *Plato* de legib. lib. 10. T. II. opp. p. 908. D. primo dicit μαγγανείαν, deinde p. 909. B. utitur participio γοητεύοντες. Similiter ea inter se commutat *Joh. Chrysostomus*. v. not. 12.

8) ad *Herodot.* 7, 191.

9) *Moeris*: γόης, Ἀττικῶς· κόλαξ, Ἑλληνικῶς. v. ibi *Pierson*. Sic fere *Lucian.* in dialogo inter Diogenem et Alexandrum, ubi de Aristotele: ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος — γόης ἄνθρωπος καὶ τεχνίτης. Cf. infra not. 23.

10) *Timaeus* gloss. Platon.: γόητες· οἱ ἀπατεῶνες. Videntur

alii sunt secuti, ut illuderent multitudini, honoresque sibi pene divinos tribuerent, non sufficere amplius intellexisseat artes et fraudes adhuc exercitas, coeperunt alio modo sibi prospicere, nimirum ita, ut vel variis fallacibus visis oblatis oculos animosque aliorum praestringerent [11]), vel sese cum bestiis posse colloqui [12]),

---

huc pertinere, quae e *Polyaeno* Atheniensi de statua Amenophis s. Memnonis Aegyptii narrat *Syncellus* chronograph. p. 151. ὃν λίθον χρύσις ὕστερον Καμβύσης ὁ Περσῶν τέμνει, νομίζων εἶναι γοητείαν ἐν αὐτῷ. Cf. infra not. 19.

11) *Herodot.* 4, 105. κινδυνεύουσι οἱ ἄνθρωποι οὗτοι (Neuri) γόητες εἶναι. λέγονται γὰρ — ὡς ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος, λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας, καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τὠὐτὸ κατίσταται. *Plutarch.* de defectu oraculor. c. 13. ἐκείνων (Thessalorum) ἐν γυναιξὶ τὸ πανοῦργον ἔσχε πίστιν, Ἀγλαονίκης τῆς Ἡγήτορος, ὡς Φασιν, ἀστρολογικῆς γυναικὸς ἐν ἐκλείψει σελήνης ἀεὶ προστοιουμένης γοητεύειν καὶ καθαιρεῖν αὐτήν. De solert. animm. T. III. opp. p. 1770. ed. *Steph.* ἡδονῆς τὸ μὲν δι' ὤτων ὄνομα, κήλησις ἐστί· τὸ δὲ δι' ὀμμάτων, γοητεία· χρῶνται δὲ ἑκατέροις ἐπὶ τὰ θηρία. — ὁ ὦτος ἁλίσκεται γοητευόμενος. Quaestt. Romm. c. 112. τὸν κιττὸν — σκιᾷ καὶ χλωρότητος ὄφει γοητεύοντα τοὺς πολλούς. *Plato* lib. 2. de rep. T. II. opp. p. 380. D. ἆρα γόητα τὸν θεὸν οἴει εἶναι, καὶ οἷόν τε ἐπιβουλῆς φαντάζεσθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδέαις; τοτὲ μὲν αὐτὸν γιγνόμενον, καὶ ἀλλάττοντα τὰ αὑτοῦ εἴδος εἰς πολλὰς μορφάς, τοτὲ δ' ἡμᾶς ἀπατῶντα, καὶ ποιοῦντα περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα δοκεῖν; p. 381. E. οἱ θεοὶ εἰσὶν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαπούς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες. Cf. ibid. lib. 10. p. 602. D. Sic apud *Xenophontem* Cyrop. 8, 1, 14. Cyrus putasse legitur, principes oportere cives sibi subjectos καταγοητεύειν, h. e. splendore externo delinire.

12) *Johannes Chrysostomus* homil. 2. in Joh. 2. T. VIII. opp. ed. *Montfaucon.* p. 9. sq. Πυθαγόρας τὴν μεμίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν, καὶ γοητείας κτήσας εἴδη μυρία· τὸ γὰρ βουσὶ διαλέγεσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτό Φασιν αὐτὸν πεποιηκέναι· οὐδὲν ἕτερον ἢ γοητείας ἦν. — ἐκεῖνος μὲν οὖν καὶ βουσὶ διαλέγετο, καθάπερ Φασί, γοητεύων· — οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο· ἀλλὰ μαγγανείαις τοὺς ἀνοήτους ἠπάτα. ....

vel corporis sui odore serpentes fugare [13]), vel imperium in daemonas habere jactarent, a quibus ipsi et adjuvarentur in rebus arduis, et futura cognoscendi occasionem ac facultatem haberent [14]). Sed cum duplicis generis putarentur daemones, bonorum daemonum invocatio, ad bonam aliquam rem perficiendam facta, dicitur vocata fuisse *μαγεία* [15]), sed *γοητεία* complectebatur *incan-*

---

13) *Hesychius:* Ψυλλικὸς γένος· ὁ τῶν Ψύλλων. οἱ δὲ Ψύλλοι, ἔθνος Λιβύης. Scilicet auctore *Plinio* H. N. 7, 2. horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ut cujus odore sopirent eas. Qui igitur eandem corporis sui facultatem jactabat, is nominabatur Ψυλλικὸς γόης. Cf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 246. ed. Trai. ad Rhen. 1689. fol.

14) *Plato* in symposio T. III. opp. p. 202. E. ἡ μαντικὴ πᾶσα, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν περὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς τελετὰς, καὶ τὰς ἐπῳδὰς, καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. Saltem videntur *μαντεία* et *γοητεία* l. l. pene idem valere. Add. *Euseb.* praep. evang. 4, 1. p. 131. sq.

15) *Suidas:* γοητεία, μαγεία, καὶ Φαρμακεία, διαφέρει, ἅπερ ἐφεξῆρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι. μαγεία μὲν οὖν ἐστιν ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν. — γοητεία δὲ, ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως. ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. Φαρμακεία δὲ, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος. Hausit haec *Suidas* ex *Nonni*, vel quisquis auctor est, Collectione et expositione historiarum in *Gregorii Nazianzeni* orationes, quam *Rich. Montacutius* Etonae 1610. 4. edidit, hist. 67. Eadem tradunt *Scholia Villoisoniana* ad Iliad. α, 86. p. 11. *Nicephorus Gregoras* in commentario ad *Synesium* de insomniis p. 363. ed. *Petav.* Etiam *Eudocia* p. 41. quae tamen dicit: γοητεία δέ ἐστιν ἐπίκλησις δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους (Ita etiam *Schol. Villois.*) εἱλκυμένων ἐπὶ κακοῦ τινος σύστασιν· γοητεία δὲ λέγονται ἀπὸ τῶν γόων etc. Cf. vetus lexicon in bibliotheca Coislin. p. 236. Prolegomena rhetorica, quae *Fabricius* Voluminis IX. bibliothecae Graecae inseruit, p. 594. qui in praefatione eorum auctorem e Codice aliquo MS. nominat *Troilum*, Sophistam, it. *Thom.*

tationes geniorum malorum, cum sacrificiis conjunctas [16]), *et evocationes daemonum atque manium ex inferis* [17]).

Mag. in v. Φάρμακα, *Ammon.* in v. Φαρμακεία, et *Phavorin.* in v. γοητεία et γόητες. De etymo consentit *Cedrenus* p. 41. γοητεία καλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι γενομένων. Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* 7, 191. et *Jo. Camerar.* de generib. divinationum, Lips. 1575. 8. p. 12. ubi γοητείας dictas putat ab tristi imploratione virium potentiorum. Et sane hoc etymon ferri potest, si ponimus, primam nominis γοητεία notionem fuisse incantationem geniorum malorum et evocationem manium. Ita enim comparari posset Orientale נעה sive נעא, quod *boare* s. *mugire* significat in *pluribus* dialectis. At ut illud de prima vocabuli notione incertum est, ita etiam etymologia. Multo tamen minus placet *Joh. Dan. a Lennep* in Etymologico linguae Graecae P. I. Trai. ad Rhen. 1790. 8. p. 216. ubi nomen γόης ortum putat a verbo γόω, cui vicina sint γάω et γέω quibus p. 205. tribuit *extendendi, explicandi, hiscendi, patendi, capiendi* et similes notiones; fatetur tamen, sibi latere translationis rationem. Caeterum γοητείαν maxime ad nocendum fuisse excogitatam, patet etiam e *Platonis* lib. XI. de legib. T. II. opp. p. 933. A. Varii modi et ritus γοητείας cognosci possunt ex his *Philostrati* verbis (vit. Apollon. 10, 12.): οἱ γόητες — οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰδώλων (h. e. *manium*) χωροῦντες, οἱ δ' ἐς θυσίας βαρβάρους, οἱ δὲ εἰς τὸ ἐπᾶσαί τι ἢ ἀλεῖψαι, μεταποιεῖν φασι τὰ εἱμαρμένα. Et ex *Euseb.* praep. evang. 5, 9 sqq. vbi etiam memorantur θεοὶ ἀσήμοις καὶ βαρβάροις ἤχοις τε καὶ φωναῖς κηλούμενοι.

16) *Scholia in Platonem* p. 131. ed. *Ruhnk.* γόης· κακοῦργος. *Plato* lib. 10. de legg. T. II. opp. p. 909. B. τοὺς τεθνεῶτας φάσκοντες ψυχαγωγεῖν, καὶ θεοὺς ὑπισχνούμενοι πείθειν ὡς θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς καὶ ἐπῳδαῖς γοητεύοντες. Sic ἐπῳδὸς καὶ γόης junguntur ab *Euripide* Hippol. 1038. et Bacch. 234. item a *Clemente Alex.* admonit. ad gentes p. 71. D. ed. Colon. 1688. fol. οἱ τοῖς γόησι πεπιστευκότες, τὰ περίαπτα καὶ τὰς ἐπαοιδὰς — ἀποδέχονται.

17) *Plutarch.* quaestt. Romm. c. 61. ἐκκλήσεις καὶ γοητείαι

Hae videntur fuisse fere praecipuae vocabuli *γόης*, et eorum quae ab illo descenderunt, notiones. Sed cum ex iis, quae dicta sunt, satis appareat, nomen *γόης* et cognata fere semper in malam partem accipi, ita ut *γόης* in plerisque locis verti optime possit *praestigiator* [18]: sane mirandum non est, eadem vocabula procedente tempore translata fuisse ad omnis generis *fraudes* [19], inprimis *subtiliores*, quibus alii pene stupefacti, et vel voluptuaria quadam titillatione permulsi, vel quasi maleficio affecti, deciperentur, ut nec a veris falsa discernere satis, nec pericula atque incommoda recte intelligere possent. Cujus generis exempla etsi jam superioribus obiter admixta sunt, tamen nova quaedam mihi afferenda arbitror. Γοητεύειν igitur dicuntur non solum illi, *qui falsa persuadent aliis non sentientibus*, verisimilia pro veris vendentes, et omni orationis ornatu ac *πιθανά-*

θεῶν. Ubi tamen evocationes deorum ex urbibus intelliguntur. Caeterum nec in his vocabulis constantem reperiri usum loquendi, apparet e *Schol. Sophocl.* Oedip. Tyr. 392. *μάγους δὲ ἐκάλουν τοὺς Ψευδεῖς Φαντασίας περιτιθέντας. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τοὺς Φαρμακεῖς μάγους ἔλεγον.*

18) Praeclare hoc, etiam exemplis allatis, ostendit *Camerarius* in libro laudato p. 111 — 114.

19) Quare saepe junguntur vocabulis propriis fraudes significantibus. *Xenophon* anab. 5, 7, 5. *ἐξαπατηθέντας καὶ κατα-γοητευθέντας. Plutarch.* de Pythiae oraculis c. 25. *ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις καὶ ψευδομάντεσιν.* De superstit. c. 3. *εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἀνθρώπους ἐμπεσόντες. Josephus* contr. Apion. 2, 14. Mosen *ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες.* c. 16. Moses *οὐ γόης οὐδ' ἀπατεών. Schol. Thucyd.* 2, 39. *ἀπάτη καὶ γοητεία γνώμης. Clemens Alex.* admonit. ad gentes p. 9. C. tribuit mysteriis *γοητείαν*, sed p. 10. C. *ἀπάτην καὶ τερατείαν.* p. 39. A. dicit: *ὑμᾶς ἄλλη γοητείᾳ ἀπατᾷ ἡ σέχνη.*

τητι commendantes [20]), unde non raro de *sophistis* legitur [21]), sed etiam ii, *qui movent alios malis artibus* et vana persuasione, *ut male agant* [22]). Denique

---

20) *Plato* in Sophista T. I. opp. p. 234. C. τοὺς νέους διὰ τῶν ὄντων τοῖς λόγοις γοητεύειν, δεικνύντας εἴδωλα λεγόμενα περὶ πάντων ὥστε ποιεῖν ἀληθῆ δοκεῖν λέγεσθαι, καὶ τὸν δὴ λέγοντα, σοφώτατον πάντων ἅπαντ' εἶναι. In Menone T. II. opp. p. 80. A. γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις, καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις. Cf. in Menexeno T. II. p. 235. A. lib. 10. de rep. T. II. p. 598. D. *Lucianus* dialog. inter Alexandrum et Philippum: ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευδόμαντις ἠλέγχετο. — Dicitur etiam de rebus: *Plato* lib. 9. de rep. p. 584. A. οὐδὲν ὑγιὲς ἀρούτων τῶν φαντασμάτων πρὸς ἡδονὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ γοητεία τις. *Clemens Alex.* paedag. 2. p. 148. B. τῶν βρωμάτων, ἃ μὴ πεινῶντας ἡμᾶς ἐσθίειν ἀγατείθει, γοητεύοντα τὰς ὀρέξεις. Similiter astrologiam, quia fallax est, *Cyrillus Alexandr.* homil. paschal. 14. p. 195. vocat φιλοψευδῆ καὶ ἀργυροκάπηλον ἀστρογοητείαν.

21) v. *Cresollii* theatrum rhetorum 1, 13. *Plato* in Sophista T. I. opp. p. 235. A. περὶ τοῦ σοφιστοῦ — ὅτι τῶν γοήτων ἔστι τις, μιμητὴς ὧν τῶν ὄντων. — εἰς γόητα καὶ μιμητὴν ἆρα θετέον αὐτὸν τινά. p. 241. B. ἐὰν αὐτὸν διορευνώμεθα ἐν τῇ τῶν ψευδουργῶν καὶ γοήτων τέχνῃ τιθέντες. In Euthydemo T. I. p. 288. B. τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν, γοητεύοντε ἡμᾶς. (Cf. *Plutarch.* lib. de amicor. multitud. extremo.) In Politico T. II. opp. p. 291. C. τὸν πάντων τῶν σοφιστῶν μέγιστον γόητα. Cf. p. 303. C. In Symposio T. III. p. 203. D. δεινὸς γόης, καὶ φαρμακεύς, καὶ σοφιστής. *Scholia in Platon.* p. 21. in *Siebenkeesii* anecdotis Graecis: ὁ αὐτὸς (sc. σοφιστὴς) καὶ γόης, ὡς θέλγων καὶ ψυχὰς τοῖς φυσικοῖς λόγοις etc. *Diodorus Siculus* 1. 76. τὰς τέχνας τῶν ἐντέρων, καὶ μὴν τῆς ὑποκρίσεως γοητείαν. v. ibi *Wesseling.* *Maximus Tyrius* diss. 24. 4. ἐπίβουλον, θηρευτικὸν, φαρμακέα, σοφιστὴν, γόητα.

22) *Plato* lib. 3. de rep. T. II. p. 412. E. μήτε γοητεύομενοι μήτε βιαζόμενοι ἐκβάλλουσιν ἐπιλανθανόμενοι δόξαν τὴν τοῦ

γοητείαι vocantur cujuscunque generis *blanditiae et illecebrae*, quibus decipi homines possunt ac solent [23]).

Jam quamvis uberiorem horum investigationem atque tractationem utilissimam esse intelligerem, inprimis si quis quaereret, a quibus veteribus Graecis et quamdiu verba ista, de quibus agimus, ita adhibita fuerint, ut pene idem valerent, quod μάγος, μαγεία, μαγεύειν, et quando vocabula γόης, γοητεία, γοητεύειν in deteriorem partem accipi coepta sint, ut dicerentur de incantationibus et inferorum evocationibus, quod *Meiners* V. C. [24])

ποιεῖν δεῖν ἃ τῇ πόλει βάλτιστα. *Cyrillus Alexandr.* lib. 6. in Julianum p. 604. ἀγοήτευτος πενία.

23) *Plato* in Phaedone T. I. p. 81. B. ψυχὴ τῷ σώματι ἀεὶ ξυνοῦσα, καὶ τοῦτο θεραπεύουσα καὶ ἐρῶσα, καὶ γεγοητευμένη ὑπ' αὐτοῦ, ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν, ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθὲς ἀλλ' ἢ τὸ σωματοειδές. (v. *Fischer.* ad h. l. p. 339.) In Philebo T. II. p. 44. C. τὴς ἡδονῆς τὸ ἐπαγωγὸν, γοητεύμα, ἀλλ' οὐχ ἡδονὴν εἶναι. Lib. 3. de rep. T. II. p. 413. C. ἀγοητευθέντας nominat, οἳ ἂν μεταδοξάσωσιν, ἢ ὑφ' ἡδονῆς κηληθέντες, ἢ ὑπὸ φόβου τί δείσαντες. ἔοικε γὰρ γοητεύειν πάντα, ὅσα ἀπατᾷ. Cf. quae ibi sequuntur. Libro 2. Macoab. 12, 24. γοητεία est *sermo blandiloquus*, Contra apud *Cic.* ad Att. 12, 3. ἀγοητεύτως, *non blande*. Inprimis saepe de *meretricum lenociniis ac blandimentis* legitur in veterum libris, quem vocabuli usum exemplis illustravit *Dan. Wilh. Trillerus* in Observationibus criticis (Frcf. 1742. 8.) 3, 1. p. 162. Sic *Plutarch.* de aud. poet. c. 4. τὸν τῆς Ἥρας καλλωπισμὸν ἐπὶ τὸν Δία, καὶ τὴν περὶ τὸν κεστὸν γοητείαν. — τὴν ἀπὸ φαρμάκων καὶ γοητείας, καὶ μετὰ δόλου πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν. De sanitate tuenda p. 380. T. VII. opp. ed. *Hutten.* τὰς γυναῖκας, ὅσαι φίλτρα μηχανῶνται καὶ γοητείας ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. Sic fere in conjugialibus praeceptis p. 412.

24) *Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhunderte nach Christi Geburt*, Lips. 1782. 8. p. 72. sqq.

recentioribus maxime Platonicis tribuendum putat, quando denique et quinam Graecorum discrimen illud inter μαγείαν et γοητείαν constituerint; quamvis item scirem, hoc examen, quippe operosissimum ac difficillimum et pene ἀδύνατον, nondum a quoquam satis diligenter institutum fuisse [25]); quamvis denique fatendum mihi viderem, nec iis, quae ego hic collegissem, omnia ad hanc causam pertinentia satis exhausta quasi ac defaecata esse: non tamen ea ulterius putabam persequenda, cum saltem praecipuae illorum vocabulorum notiones ex antiquis scriptoribus erutae exemplisque sat multis [26]) illustratae ita viderentur, ut lectoribus facile esset judicare, an vera esset mea interpretatio. Quapropter duo tantum mihi monenda superesse arbitrabar. Primo enim, quemadmodum *Apulejus* [27]) dicit: „Haec ferme com„muni quodam errore imperitorum philosophis objectan„tur, ut — qui providentiam mundi curiosius vestigant, „et impensius deos celebrant, eos vero vulgo Magos

25) Quam jejuna et confusa est v. c. horum vocabulorum expositio in *Joh. Wieri* nobili opere de praestigiis daemonum, et incantationibus ac veneficiis, Basil. 1568. 8. p. 132—134. vel in *Casp. Peuceri* commentario de praecipuis generibus divinationum, Witeb. 1572. 8. fol. 138.

26) Poteram ea facile augere. vid. v. c. *Gorgiae* encomium Helenae p. 95. et 98. ed. *Reisk.* vel *Plotini* diss. περὶ τοῦ πῶς ὁρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον, quae extat in Cel. *Villoisoni* anecdotorum Graecorum Tomo II. inprimis p. 233—236. — Putaverat doctissimus editor tum, cum e Codicibus Marcianis ederet, eam adhuc ineditam esse, sed postea eandem jam olim variis locis in Plotini operibus impressam animadvertit. v. Cel. *Morellii* Bibliotheca MSta Graeca et Latina T. I. Bassani 1802. 8. p. 136. sq.

27) in apologia p. 291.

„nominent: quasi facere etiam sciant, quae sciant „fieri:“ ita nec dubitandum est, quin γόητες saepe dicti fuerint homines insigniter et prae popularibus omnibus vel plerisque eruditi, imprimis rei medicae et physicae scientia instructi, praesertim ubi invenissent aliquam rem novam civibusque suis utilem [28]). Deinde negari non potest, multos ejusmodi viros doctos occasionem ipsos dedisse, ut γόητες nominarentur, dum quaedam per suam vim ac potentiam facta esse vel futura esse aliis persuaderent, quae tantum fieri vel cur fierent scirent.

---

28) Sic primi μεταλλεῖς ob rei inventae et scientiae novitatem appellati videntur γόητες. v. *Pherecydis* fragmenta a me edita p. 157. sq.

De

Friderici Sylburgii

Vita et Scriptis

Oratio dicta

in

Electoris Hassiaci natalitiis 1803

Marburgi

a

Geo. Friderico Creuzero,

Litterarum Graecarum et eloquentiae Professore.

Οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες
Ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες
Οἴκοθεν μάτευε.

PINDAR. Nem. III, 51 sqq.

De

Friderici Sylburgii

Vita et Scriptis,

Oratio dicta

in

Electoris Hassiaci natalitiis 1803

Marburgi

a

Geo. Friderico Creuzero.

Cui nuper celsissimum dignitatis fastigium regiosque honores gratulati sumus Serenissimo Electori Principi: ejus hodie natalitia rite concelebraturi iterum convenimus. Veneremur hoc quoque divinae clementiae beneficium, quod quem ea in Germaniae Principum augustissimo ordine collocarit, quo latius ei pateret bene de patria merendi theatrum, eidem jamjam senescenti illud valetudinis robur impertiat, quâ ille fruens per longum temporis spatium amplioris officii curas sustinere posse videatur. Et vero quantopere Egregius Princeps in omni vitâ subditorum saluti consuluerit, quantopere juvenem majorum praeclara facta excitaverint, qualem

sese deinde virum praestiterit, quâque laude etiamnum imperio praesit, cum nunquam obliviscemur, tum nuper in ipsis Electoratus auspiciis largior fuit praedicandi potestas.

Verum cum in eo Principe numquam deesse potest laudandi materies, nunc quidem in eam cogitationem incidi, ut, quanti Pater Patriae patrias literas faceret, contemplarer.

Quod cujusmodi sit, et semper grati agnovimus, et vero exstant illius in literas literarumque cultores amoris recentissima quoque monimenta.

Eam igitur Principis nostri praestantiam quo quantum ejus fieri possit ornemus maximè, quid convenientius videri queat, quam si hodie Viri omnium judicio in literis primarii memoriam instauremus, quem haec patria terra aluit, cujus pueritia in vicino nobis oppido lusit, quemque deinde alma nostra Academia juvenem, suis civibus adscriptum, benignissime nutriit?

Neque vero, hoc si addere liceat, ab eâ personâ, quam equidem Principis jussu in hac ipsâ Academia nunc cum maxime gero, alienum videbitur ejus viri, quem jam reviviscere velim, praeconium. Quas enim ego profiteor Graecas literas Latinasque, in iis hic vir ita excelluit, ut eundem in hoc genere tanquam patrium heroa mihi colendum esse arbitrer, cadatque in me illud Poetae: „Tu longe sequere, et vestigia semper adora.“

Est finitimum urbi nostrae Wettera (Vetera) oppidum, cui quidam scriptor ejusdemque civis inde ampliorem quandam auctoritatem conciliare studuit, quod idem oppidum a Romanis, in hoc tractu quondam versantibus, conditum fuerit. Trahebat is homo, nescio quo auctore,

refragante certe historiae fide, in patriae suae laudem quod apud *Tacitum* [1]) de iis Castris legitur, quae Romanis *Vetera* dicebantur, unde fretus vocabuli similitudine oppidi sui etymon repetebat.

Meliora vero. Majus certe firmiusque rebus Veterensibus comparari eo decus poterat, quod

Fridericus Sylburgius

et *Veterensis* fuit, et vero *Veterensem* sive *Veteranum* in omnibus suis, quos plurimos praestantissimosque scripsit, libris esse dicere nunquam dedignatus est.

In hunc enim virum dicebatur, quidquid laudum adhuc *in* patrium literarum heroa conferre studebam. Quae summa licet amplissimaque, nunquam tamen tanta judicari poterunt, quae ipsam egregii Viri magnitudinem exaequare videantur.

Verum rectius ego eam viam tenuero, ut hujus viri res, si minus pro ipsarum copiâ et amplitudine (quod in his orationis angustiis [2]) vix facere licebit), at fideliter certe pieque exponam, quo fiat, ut Nosmet ipsi nobis adumbremus Viri imaginem, fingamusque animo ipsius quandam ingenii formam. Quibus deinde adjungemus summorum virorum de Nostro insigniora aliquot judicia elogiaque.

Natus noster est, quod supra monuimus *Veterae* [3]) seculi decimi sexti anno tricesimo sexto, obscuro quidem

---

1) Annal. I. 45. Hist. IV. 19. 35. 67.

2) Meditor enim librum de hujus viri vita et scriptis, quo suis quaeque testimoniis munitiora ponentur, et cum de universis ejus in rem literariam meritis, tum de singulis libris, quos vel ipse conscripsit vel edidit, accuratius disputabitur.

3) Fallitur igitur auctor libri: Jugemens des Savans. Paris 1685., qui Tom. II. Pag. 265 Sylburgium Marburgi natum credit.

loco. Parentes enim, rustici homines, opere faciundo vitam aegre sustentabant, qui iidem integri probique puerulum, ubi primum aetas admittere videbatur, ad Joannem *Pincieram*, verbi divini ministrum, adduxerunt, e cujus disciplinâ prima literarum rudimenta reliquaque, quae Christianum hominem nescire nefas putabant, addisceret.

In hoc igitur idem cognitum est, quod in literarum principibus plurimis, qui rei familiaris angustias ingenii vi transiluerunt, gentisque suae obscuritatem praeclarae virtutis lumine collustrarunt.

Inde, quum jam cives suos ad optimam ingenii sui spem erexisset, adduxissetque homines quosdam nobiles in sui amorem: iisdem commendantibus in urbis nostrae ludum admissus, Graeco Latinoque sermoni imbibendo operam navavit.

Jenam profectus, jam tum praestantissimorum doctorum copiâ affluentem, ejusque Academiae civibus adscriptus ita totus jam in literis erat, ut quum interdiu praeceptorum scholis vacasset, domi plerumque lucubraretur. In quibus praeceptoribus prae ceteris magni faciebat *Laurentium Rhodomannum*, Criticorum per ea tempora facile principem, qui deinde *Vitebergam* accitus, primus ibi historias pro cathedra docuit.

Contigit Sylburgio, ut in eam aetatem incideret, quâ literis, inde a seculo decimo quinto, Graecorum maxime, Constantinopoli profugorum, studio, suus honor redditus esset. Quarum literarum, tunc praecipue per Germaniam quoque laetius efflorescentium, fructus saluberrimus percipi coeperat dulcissimusque. Quo factum erat, ut melioris doctrinae salus Lutheri operâ Vitebergae sparsa, per omnes patriae nostrae adeoque totius Europae terras diffunderetur. Cujus doctrinae haec quasi

summa erat: ut Christianam fidem, ab unius alicujus arbitri sententiâ vindicatam, ex sola librorum sacrorum interpretatione repetendam statuerent. Quod ipsum quantum Graecarum Latinarumque studio literarum profuerit, cum nemo nesciat, monere non attinet: hoc teneamus, quam idem ad viri juvenis ingenium conformandum valuisse putandum sit, qui tunc in ea urbe, quae praeceteris novam doctrinam amplexa optimas literas foveret, in earundem studium incumberet.

In patriam redux, quum optimorum praeceptorum disciplinâ adjutus jam is esset, qui aliis praeceptoribus officium *praestare* posse videretur: ludo suo eum praeficere volebant cives. Quorum ille desiderio haud suffragatus, fortasse quod altiora spectans rudimentorum tradendorum taedium refugiebat: postea tamen *Licham* vocatus, Rectoris provinciam accepit, a Comite Solmensi sibi oblatam, inque rebus protritis inculcandis bonas suas horas perdidit.

Fuit hoc certe tum fortasse ipsius adolescentis judicium. Verum eam rem si diligentius perpenderis, ratione habitâ eorum, quae inde saluberrima consecuta sunt ad Graecarum literarum studium augendum, secus videbitur. Nam ut hoc jam omittam, quot ille juvenum discendi cupidissimorum inserviverit commodis, quot alias tardiores fortasse, voce suâ, auctoritate, exemplo, ad optimarum artium laudem excitaverit: illum ipsum ludum regens, *Clenardi* Grammaticam graecam recognovit cum Antesignani scholiis, qui liber bonae frugis plenissimus et tunc plurimis profuit, et deinde quoque I. Gerhardo *Vossio* dignus judicatus est, qui curâ suâ perpolitus typis repeteretur.

Qua in re praedicemus numinis, humana curantis, sapientiam, quae cum homines, ingenii praestantiâ pollentes,

ex divitiarum suarum penu aliis quam plurimum impertire velit, eosve vitae tuendae necessitate bona sua ad communem utilitatem conferre cogat. Eandem puerís erudiendis operam navavit aliquantisper *Neuhusae* (Neuhaus), quo ille concesserat vocatus ab Electore Palatino.

At vero perpetuo in scholiasticae vitae angustias compingi inque ludi umbrâ delitescere, indignum erat viri, summa quaeque appetentis, ingenio. Neque vero ille, ubi primum loci mutandi oportunitas ostendebatur, tulit diutius, quâ adhuc laborabat, librorum penuriam.

Itaque *Francofurtum* sese contulit. Quae quidem urbs, quemadmodum mercaturâ et, quae ejus comites esse solent, opum copiâ cultusque elegantia semper floruit: ita tunc quidem artes disciplinasque liberalissime aluit et auxit. Praecipuo ornamento fuit honestissima *Wecheliorum* familia, quae divinum illud, quod genus humanum Germani hominis ingenio se debere gratum profitetur, *typographices* artificium felicissime excoluit. Referebant Wechelii nobilem *Aldorum* gentem *Stephanorumque*, ut alios taceam, qui tunc per Italiam maxime Galliamque saluberrima arte literas adjuvabant. Fuit hoc illorum virorum in omni vita institutum, non ut quidquid operis tentarent, illud continuo ad praesentem quaestum referent, sed literarum augendarum magis quam augendae rei cupidi, eam liberalitatem exsererent, quae homines deceret liberalium artium fructu nutritos recreatosque. Unde factum est, ut, cum et ipsi doctissimi plerumque essent, optime nossent, quale praesidium, qui bonos doctis hominibus deberetur.

Talium virorum domo et convictu usus Noster est.

Jamque sibi beatissimus videbatur, cum et instructissimae bibliothecae opibus usus, optimorum, quos antiquitas

protulit, librorum grata consuetudine oblectaretur, et quidquid Germania quotidie proferret, quidquid Gallia, Italia mitteret, illud continuo perlustrare posset.

Atque in illo Wecheliano museo Noster haud pauca scripsit, quae nos deinde, cum reliquis ejus scriptis, breviter enumerabimus.

Verum erant ibidem plurima, quae Virum, literato otio dignissimum, dedecere videri possent, ipsique subinde gravissimam crearent molestiam. Desiderabant Wechelii in describendis libris subacti ingenii doctiorem curam, jussusque Noster et Veterum Recentiorumque, qui *Veteres* illustrarent, opera tum, priusquam prelo subderentur, tum, ubi typis descripta essent, rursus deinde describenda, eo quo pollebat acumine censere, ut, quidquid mendorum esset, abstergeretur. Quae ipsius diligentia sicuti summo literis usui fuit, nam in emendatissimis habentur quaecunque hac curâ perpolita prodierunt [4]): ita indigna Viro ea opera, qui unice natus videretur, ut scriptis ipse suis literarum orbem illustraret.

Quocirca cum aliquamdiu Francofurti egisset, *Heidelbergam* abiit. Invitabat allicebatque inprimis manuscriptorum codicum, qui illic servabantur, reliquorumque librorum rarissimorum affluentissima copia. Cujus bibliothecae quae praestantia fuerit, inde aestimari maxime potest, quod principes per ea tempora in literis homines ipsius causa certatim illuc confluebant. In eis, qui ante Nostri aetatem eandem lustrarunt, Aemilius *Portus* fuit: qui postea, *Gruterus* et *Salmasius*, quorum ille eidem bibliothecae praefuit. Neque vero ullâ re magis cognosci potest, quidquid opum habuerit ille litera-

4) Vid. *Scaligeriana* pag. 319 seqq.

rum thesaurus, quam eo, quem laudabili industriâ Noster ipse confecit accuratissimum Manuscriptorum ejus Catalogum, qui proximo seculo Francofurti prodiit [5]).

Quo magis dolenda est Germaniae fortuna, quae bibliothecae jacturam fecerit,

Quod bello tricennario factum est, quo omnia sursum deorsum miscebat fatalis Erinnys: quae universum orbem Christianum, veluti dato ab inferis negotio, opinionum dissidiis et discordantium armorum impetu commovendum suscepisse videbatur. Plurima librorum pars, quae militum ferocissimorum, multa vel divendentium vel discerpentium, manus effugerant, *Romam* translata Vaticanam illam ornavit. In quibus ut alia taceam, et ille fuit auro pretiosior *Anthologiae Graecae* Codex, quem, cum Sylburgius primus perlustrasset [6]), postea Salmasio tractatum, nostrâ etiam aetate summo cum studio descriptum ad suam editionem utilissime adhibuit egregius ille Anthologiae interpres, *Jacobs*. Idem ille liber aliquot abhinc annis Lutetiam Parisiorum asportatus est [7]) cum reliquis literarum artiumque monumentis, cum debellatâ Italiâ diras Gallorum pacis conditiones Papa subire coactus esset. Quâ in re sunt fortasse qui justitiae ultricis quoddam moderamen agnoscant.

---

5) Catalogus Manuscriptorum graecorum, olim in Bibliotheca Palatina, nunc in Vaticana asservatorum ed. Frid. *Sylburgius* Francofurti 1631. De altera hujus libri editione vid. *Villoison* Anecdota Graeca in Rerum Indice s. v. Sylburg.

6) Vid. *Graevii* Lectionum Hesiodearum pag. 581. ed. Hesiodi Lösner.

7) Vid. *Jacobsii* Prolegg. ad Animadverss. in Anthолog. pag. LXI sqq.

Illuc revertar. Haud ita diu Heidelbergae Noster vixerat, cum sese iterum *Commelinis*, celeberrimis ejus urbis librariis, addiceret, adeo tenebat Ille in omni vita et actionibus illud summi Philosophi: „Magis est secundum naturam, pro omnibus gentibus, si fieri possit, juvandis maximos labores molestiasque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio coelestium collocavit, quam vivere sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis.“

Et erat is Herculeus labor, quem Ille iterum suscepit, cum praeter operam, quam in suis ipse libris collocabat, etiam *aliorum* libros perpolire aggrederetur.

Neque vero ullam mercedem tanta Viri virtus desiderare videbatur: quam enim plurimi appetunt, laudis gloriam „eâ etiamsi caruisset, tamen fuerit se ipsa contenta, atque in memoria gratorum civium, tanquam in luce posita, laetata esset.“

Sed quod optimorum semper Principum judicatum est, studere benefacere quam plurimis, in quo eo referre, quantum in ipsorum potestate situm est, supremi numinis clementiam, quod sua virtuti praemia attribuunt; illud Noster quoque expertus est. *Ludovicus* enim, Hassiae Landgravius, qui *Philippi illius* filius tunc quidem *Marburgi* sedem habebat, Nostrum stipendio liberali sine aluit ornavitque.

Cui deinde Principi ejusque fratribus *Wilhelmo* et *Georgio* Sylburgius inscripsit palmariam suam *Aristotelis* editionem, quam inde ab anno octagesimo septimo typis Wechelianis deinceps vulgavit. Quâ in Praefatione honorificentissimum idem de *nostra Academia* judicium facit.

Tandem incredibilium laborum molestiis debilitatum succubuit corporis robur, reddiditque Vir egregius piam animam anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, cum vix sexagenarius esset.

Exuviae in Heidelbergensium coemeterio humatae, positumque ibi cum ipsius laudum praeconio monimentum.

In quo ut summum docti artificis studium elaborarit, nunquam tamen illud *ingenii Ipsius monimentorum*, quae plurima reliquit, aequabit praestantiam.

Quae quidem ea sunt, ut omnes, quicunque post Eum vixerunt, in Ipsius admirationem raperent, homines et ipsos dignissimos summa admiratione.

Quorum librorum accuratius examen instituere, illud quidem haud quaquam convenit hujus orationis terminis. Quocirca me in eorundem brevissimo recensu continebo.

Jam primum, ut hinc ordiar, in condendo illo *Linguae Graecae Thesauro* ejus praecipua operâ Henricus ille Stephanus usus est [8]). Quod quale sit, aestimabunt omnes, quicunque ejus libri praestantiam norunt, et quis est quem illa fugiat? Caeterum Noster plerumque in castigandis, vertendis, explicandisque scriptoribus classicis elaboravit. Quâ in re eam rationem tenuit, non ut unum aliquem sibi seligeret in eoque totius vitae suae domicilium poneret, quod posterioris aetatis fuit

8) Vid. *Scaligeriana* sive Excepta ex ore Josephi Scaligeri Hag. Com. 1669. pag. 319 sqq.

Batavorumque maxime Criticorum, sed ut quam plurimos suis curis, suâ diligentiâ limatos ederet. Quod quam prudenter factum, quam fuerit ex illius aetatis rationibus, quae inventae typographicae propior, exemplarium inopiâ etiam tum vel maxime laboraret, nemo quisquam infitiabitur.

Cui saluberrimo viri consilio debentur praeter *Aristotelem*, quod supra monuimus, *Heliodorus*, *Etymologicum* magnum cum Nostri doctissimis animadversionibus, *Apollonius*, cujus praestantissimos de Constructione libros, Grammaticam item, latine vertit plurimisque locis emendavit [9]). Praecipuo vero studio utriusque sermonis Historicos veteres exegit. In quibus etiamnum perplacet illud *Rerum Romanarum* scriptores uno corpore conjungendorum institutum, quod duobus Voluminibus prodiit. Quorum illud Fastos Sigonianos cum Commentario, Messalam Corvinum, L. Florum, Vellejum Paterculum, Eutropium Sextum Rufum, Sextum Aurelium victorem, Cassiodori ea, quae ad historiam Romanam pertinent, complectitur. In posteriore Volumine praeter Suetonium ii insunt, qui Historiae Augustae scriptores dicuntur.

In Graecis, praeter *Herodotum* et *Pausaniam*, *Dionysius Halicarnassensis*, ejus praecipuâ curâ perpolitus illustratusque, anno octogesimo sexto prodiit. In quem scriptorem quidquid Noster contulit, id etiamnum primarium censendum est, vel post *Reiskii* editionem, quae

9) Ex codice quem item *Portus* tractaverat. De hac editione quae Francofurti prodiit 1590. 4. consulendus est *Freytag* adparat: lit. Tom. II. pag. 764 sqq. De exemplis, ex *Proeli* Chrestomathia huic editioni additis, vid. *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst. I. S.* 13. Inedit.

posterior magis jubente urgenteque librario procusa, quam consulto sapienterque instituta videri debet.

Eandem operam, quam in rerum Scriptoribus prodidit, idem posuit in *Patribus*, quos Schurzfleischio [10]) quidem judice (nam hujus quidem rei penes alios judicium esto) tam accurate emendatos luci exposuit, ut accuratius vix possent. E quibus *Clemens Alexandrinus* anno nonagesimo secundo prodiit, *Justinus Martyr* anno proximo.

Multa equidem, quae Ille vel ipse scripsit vel edidit, silentio transeo: longum est enim vel enumerare omnes industriae optime collocatae fructus.

Adhuc divini *ingenii indolem* contemplati sumus, intentamque honestissimo studio *industriam*, et quae inde cum ad ejus Viri laudem tum ad publicam utilitatem profecta fuerunt amplissima omnia.

Quis jam mihi dicendi modus reperiatur, si reliquarum virtutum, quotquot in eo fuerunt, universam copiam oratione mea complecti debitoque ipsis praeconio prosequi velim. Hoc unum mihi praedicandum sumam, quod intimis animi ejus sensibus ingenitum in ipsius sese exseruit et dictis et factis omnibus. *Integritatem* illam dico, quâ ille ductus nil nisi *simplex* ingenuum, apertum amplectebatur. Cui sensui conjunctissimum fuit illud alterum, ut alienissimus ab ista morositate *Scioppiorum*

10) Vid. Conrad. Sam. *Schurzfleischii Elogia Scriptorum illustrium* Seculi XVI. ed. Godofred. Wagnero Vitebergae 1729. pag. 95 sqq. Qui liber, Sylburgii res extremis lineis adumbratas exhibet.

Salmasiorumque fastu, de aliorum virtutibus meritisque honorificentissime judicaret. Tantumque abfuit, ut Ipse de sese statueret magnificentius, ut suarum ipse laudum vel iniquior aestimator reperiretur. Quod cujusmodi sit, tum ex Nostri epistolis [11]) cognoscitur, tum vero praecipue ex illa, quam supra dixi, praefatione ad Aristotelem.

Quem scriptorem cum ita emendasset, ut hodie quoque doctorum hominum plausum ferat: tamen Ipse ita de hac opera judicat, ut modestius vix quisquam possit. Sic enim ille: „Equidem, cum tenuitatis meae prope *mihi sim* conscius, libenter iis cessissem, qui otio, ingenio ac viribus me longe instructi sunt melius. Verum cum totis triginta sex annis vacasset haec provincia, et ii, qui novam editionem ante complures annos promiserunt, doctorum exspectationem diutius fallerent, flagitantibus identidem nunc librariis nunc literatis exemplaria: nolui Wecheliis meis et reipublicae hac in re deesse; sed pro mea virili, quod potui, in medium contuli."

Et mirabimur, Eum Virum summorum semper Virorum cumulatissimas laudes meruisse? Quorum elogiorum cum haud facile definiri queat, quodnam cujusnam laudatoris amplissimum censendum sit: tamen patientiâ vestrâ abuterer, si undecunque quaeque congesta expromerem.

---

11) Quarum aliquot, ut cetera omittam, leguntur in *Burmanni Sylloge Epistolarum* (vid. Tom. I. pag. 344 sqq. Tom. II. pag. 316 sqq.) tum in *Gudii* epistolis vid. pag. 338.

Itaque mitto illud *Thuani* [12]), gravissimi scriptoris, de Nostro testimonium: hoc faciam, ut principum aliquot hominum, qui in eodem doctrinae genere elaborarunt, judicia laudem. Quorum illud primum erit Isaaci *Casauboni* (at quanti in literis Viri!) „Ain tu Sylburgius fuit? o factum male, o gravem Reipublicae literariae jacturam! En quo spes mortalium redeunt: Nam paucis ante diebus per *Commelinum* mihi significatum erat de multis ipsius coeptis et inchoatis laboribus. Habent Graecarum literarum amantes, quod doleant [13]). "

Quid? severissimi in alios judicis tristitiam, *Scioppii* [14]), ita suis meritis temperavit, ut is maximus Ipsius laudator existeret. Ita enim ille: „Friderico Sylburgio Veterano, quanti auctores, quâ Graeci, quâ Latini, quâ Sacri, quâ Seculares, vitam sanitatemque debent! De cujus viri incredibili et indefessa diligentia industriaque satis ex merito dici non potest. Vivet ille, quamvis Heidelbergae superiore anno mortuus, vivet perpetuo, in suo Aristotele, in Dionysio Halicarnasseo, in voluminibus Historicis, in Clemente Alexandrino, in Justino Martyre, in Theodoreto, in aliis." Nostrae tandem aetatis acutissimi Critici in Nostrum quid non laudum contulerunt, *Hemsterhusius* [15]) praecipue, vir inde a renatis literis in Graecâ

---

12) Ad annum 1590.

13) Isaaci *Casauboni* Epistol. 48.

14) De arte critica pag. 18.

15) Ad *Aristophanis* Plutum pag. 512 — adde Ruhnken: ad Callimach. Tom. I. ed. Spanhem. *Valkenaer* ad *Theocrit. Adoniaz.* pag. 305.

doctrina facile princeps, et digni tanto praeceptore discipuli, Ruhnkenius et Valkenarius. Quorum ille Eum „Virum non minus eruditum, quam accuratum," nominavit.

Jam vero, ut illuc redeam, unde mihi tota haec perorandi hodie nascebatur materies: „bene mereri de literis [16]), etiam si utilitas praeterea consequatur nulla, tamen praeclarum inprimis atque egregium esse semper ducendum est: quamquam, utilitatem spectare si volumus, ea demum summa est, quae ex hoc genere percipitur. Fructus enim in posteritatis *memoria* et praedicatione positus est, quem nemo unquam sapiens non praestantissimum judicarit.

Sed haec bene merendi ratio duplex videtur esse: nam et qui aliquid ipsi scripserunt, et qui alios vel cohortatione vel praemio, ut scriberent, impulerunt, literis opem tulisse existimantur.

Atque illam quidem laudem meruit is Vir, cujus hactenus Vitam delineavimus: hanc *Ludovicus* ille *Hassiae Landgravius*, cujus egregia liberalitas veraeque laudis cupiditas delitescentem Sylburgii virtutem, in clariori luce collocatam, debitis ipsi praemiis excitavit. Ac quemadmodum, qui literarum studio vitam nostram addiximus, tanquam exemplum propositum esse debet ardentissimus Illius Viri eorundem amor et indefessa ipsarum promovendarum industria: ita nunc cum

16) Utor verbis *Manutii* in Praefatione ad Cic. orat. partem tertiam ad Alexandrum Caesarinum Cardinalem vid. Pauli Manutii Epist. ed. Krause Vol. II. pag. 795.

maxime laetandum est, quod utamur eo principe, qui sicut in reliquis virtutibus majorum suorum optimum quemque aemulandum sibi ducat, ita in illo egregio literarum patrocinio *Ludovicum*.

Faxit Deus optimus maximus, ut diu sospes rebus nostris adsit, diuque optimas artes tueatur et ornet.

De

Livii aliquot codicibus Helmstadiensibus

scripsit

Christianus Theophilus Wernsdorf

Professor Helmstadiensis.

Societatis Latinae Ienensis

Illustrissimo Praesidii,

Illustri Directori, Sodalibusque

Clarissimis Doctissimisque

Christianus Theophilus Wernsdorf

S. P. D.

Ut primum, molestis, quae multis mensibus me obsederunt et centum veluti catenis vinctum tenuerunt, aliquanto levatus, e magno curarum aestu emergere jacentemque animi vim excitare valui, vigere statim coepit acriusque urgere, extra penetralia sua sese proferre gestiens, sensus grati animi et observantiae erga Vos meae, qui nullo me ante Vobis vel expectare ausum, inter Sodales Vestros honorarios cooptastis, idque decretum Vestrum sollemni formula et publicato transmissoque ad me per Directorem Vestrum, Virum Illustrem, diplomate, cum luculenta et humanissima benevolentiae significatione, sancivistis. Quo munere, mentiar profecto Musasque ipsas aversas habeam, si quid mihi umquam contigisse dicam vel ad honoris fructum, qui studiis litterarum quaeri potest, amplius et ornatius, vel ad honesti ex

re non male gesta gaudii sensum suavius et uberius, vel ad bene de litteris merendi voluntatem confirmandam, excudiendumque si quid contraxi languoris, potentius et efficacius. Quantulumcunque enim est, quod in iis, quas profiteor, litteris vel studio consequi, vel efficere opera potui (quod quam sit exiguum, nemo me melius intelligit), id ipsum tamen nolim nihil valuisse ad virorum excellentium in me benevolentiam et favorem: cujus documentum ac testimonium quodnam aliud requiram majus et locupletius judicio de me Societatis nobilissimae, his artibus cum excolendis litteratae Germaniae juventuti facem praeferentis, tum juvandis ornandisque clarissimarum Italiae academiarum studia, suamque ipsius veterem laudem, per Walchios, Heusingeros horumque similes viros fundatam, novis studiis et felicissima ingeniorum concertatione aemulantis. Hanc ego paucis abhinc annis reviviscentem tacita gratulatione prosequebar, ex ipsisque renatae incunabulis nova litteris nostris ornamenta surgere, si quis alius, gaudebam: nunc adultae jam et florenti praeter spem meam expectationemque admotus, ex laeto ejus vigore, torque eruditissimorum assessione virorum novos ipse veluti spiritus sumere felicemque trahere videor, debeo certe, contagionem ardoris, heu! nimium diu frigentium, inter tot molestias et avocamenta mea, jamque paene senescentium studiorum. Ut nihil dicam de nova, quam per munus illud Vestrum adire videor, nominis locique paterni haereditate: quem mihi, si sodalem fuisse Vestrum dico, videor vehementer laudare. Quicquid igitur vel honorifice mihi tribuistis, vel benevole et amanter, pro eo animum Vobis, in-

primisque Tibi, EICHSTADI, Vir Celeberrime, quo muneris parario bis mihi videor muneratus, testificor habeoque gratissimum, honorique Vestro et amplitudini observantia, benevolentia et quoad voluntas Vestra feret, ingeniumque et tempora mea patientur, opera etiam ac studiis addictissimum. Quod ut facerem multo tardius, quam debebam meaque in Vos summa observantia postulabat, effecerunt primo curae domesticae multae magnaeque et rei familiaris discrimina, quae sex fere mensibus non dicam districtum animum, sed constrictum prorsus sollicitudine tempusque meum omne occupatum tenuere, deinde dilatorum in illa trepidatione laborum, jamque ex mora acrius urgentium, imminens undique et incumbens moles, denique inter haec omnia (id quod et in se est longe maximum, et caeterarum molestiarum sensum acuit) coactionum tormentorumque vis externorum, quae identidem incursans, quoties libido suasit aut vesana subjecit invidia, mentis impetum frangit et commentationis veluti cursum sufflaminat, et vixdum nascentes ingenii fetus, tamquam pestilens ventus, enecat. — Quapropter sicut dignitatis Vestrae et amplitudinis est, existimare, non posse me, voluntate quidem, deesse honori Vestro, quin multo magis desim meo, ita humanitatis erit, ignoscere coacto, nec, si mihimet ipse per vim eripior, justam exprobrandi materiam praebenti, sed dolendi atque indignandi. Ego vero quanto tardius obsequi potui animo in Vos meo, tanto nunc facio cupidius, ut ex ista me infrunitorum hominum turba et colluvione in Societatis Vestrae, tamquam Musarum et Bonae Mentis, sacrariâ mente certe ac cogitatione inferam, et quem

Vos mihi locum in amplissimo Collegio Vestro honorario munere decrevistis, novus jam symmysta Vester Vestrique observantissimus, his ad Vos litteris datis, vindicem; quem autem Vobis, quem communibus aris praestare honorem fas piumque est, eum devinctissimi religione officii persolvam. Vos quam illo munere necessitudinis fidem suscepistis, eam ut salvam servetis sodali Vestro, meaeque erga Vos observantiae nullo non tempore amorem Vestrum ac benevolentiam aequetis, per ego Vos haec sacra nostra communesque aras, et per quicquid humanitatis et socii juris est, rogo atque obtestor. Valete. Scrib. Helmstadii Saxonum in Academia Iulia Carolea Idibus Iun. MDCCCIII.

Christiani Theophili Wernsdorfii

Notatio

Codicis MS. Helmstadiensis

membranacei

quo Livii Decas

continetur.

Membranae forma est duplicatae, quam *Folio* dicimus: singulae paginae binis sectae columnis. Non nitidae sunt membranae ac ne mundae quidem, nec tamen ita sordidae et detritae, ut, in auctore quidem tot lectorum studiis frequentato, remotioris aetatis suspicionem faciant. Nec antiquiorem judico hunc codicem Saeculo XIV: adeo parum distant litterarum ductus ab iis, quos medio saeculo XV vidi usitatos. Folia passim accisa et angulis mutila, hic ibi etiam magnis foraminibus hiantia ac patula, nec tamen ullo sermonis Liviani et contexti detrimento; siquidem hiatus circumivit librarii calamus, ut congenita membranis vitia agnoscas, certe scriptura antiquiora. Omnino habitus codicis et vultus pauperculus et subtristis, sed qui plus boni in recessu habeat, quam chartacei nostri nitor et luculentus splendor: scri-

ptura angusta et compressior, compendiisque scribendi, notis et siglis multo, quam in chartaceo, pluribus horrens et impedita. Lemmata in margine scripta passim, nec perpetuo et constanti tenore; rarius etiam glossae, sed futiles. Interpungendi ratio magnam partem perversa est et ab sententia abhorrens: itaque eius in lectionis varietate enotanda raro mentionem putavi faciendam. Orthographica observavi haec. Praepositionum littera postrema in compositis fere semper transit in primam litteram vocis alterius, e. g. *ammonere*, *summovere:* pro *nt* fere legitur *mpt*, ut *temptare:* pro *m* ante *n* est *p*, ut *dapnatus:* pro *quum* semper, quoad quidem memini, datur *cum* etc. In calce leguntur versus hi: *Litterâ, syllaba, dictio, clausula, pagina, puncta, Vtae Laborata per adulfum sint tibi grata.*

Quo loco ac numero hic codex habendus sit, quique usus ejus ad crisin Livii esse queat, tametsi decernere immaturum ac praeceps sit in primis adhuc libris haerenti, augurari tamen ac divinare vel ex iis licet, quae in ipso prope limine sunt oblata. In lectionibus multis mendosis et librariorum monstris conspirat egregie cum caeteris, etiam bonis illis, codicibus, eaque propriis etiam cumulat haud paucis. Nec praestare ausim, in locis difficilioribus et controversis multum certae opis allaturum. Sed et in bonis lectionibus idem consentit cum optimis codd. contra deteriores, e. g. cum Leidensi primo et Harlejano primo II, 20, 12 *Equiti*, pro *equitibus* caeterorum, cum Harlejano primo et Vossiano primo, II, 23, 12, *contracti ab consulibus*, cum iisdem et Flo-

rentino I, 28, 9, at *tu tuo supplicio*, cum Palat. I, Harlejano 1 et Vossiano primo II, 34, 7, quanti *plebi daretur*, cum codice Rhenani, I, 47, 2, *cui* innupta *diceretur*, et I, 48, 3, *necessitate iam* etiam *ipsa*. Ex quo genere plura fortasse observassem, si advertere animum et ubique annotationum dumeta perreptare vel lubuisset, vel vacasset. Inprimis me advertit consensus nostri cum Vossiano primo in lectionibus quibusdam miris et singularibus, ut II, 34, 3, *al frumentum* sed tantum *coëmendum* (de qua lectione quid sentiam, dixi in Excerptis), item II, 43, 3 *rediebant*, quod etiam in Harlejano, ibidemque *detractandi* pro *detrectandi*. Unde suspiceris, unum utriusque codicis fontem fuisse. Praeter haec, optimis communia et suffragantia, observavi peculiaria quaedam et plane priva huic codici, eaque, ut in duobus duntaxat libris, sat multa. Qualia sunt I, 27, 4, *Tyberim* transit, I, 39, 4 ei *quisquam*, I, 39, 6 familiaritate acta *puerum*, I, 40, 2 *inde* prorsus, I, 43, 11 Quirites *enim* I, 47, 10 *ab stirpe ultima* orsum servum, I, 52, 3 utilius *id magis*, I, 54, 1. *quidem* possent, I, 56, 1. *haud* patrius *labor* (quod genuinum videtur), I, 57, 3. capti primi *hostes*, I, 59, 1. *Brutus* illic *luctu* occupatus, I, 59, 3. commotique *miraculo*, II, 6, 7. haud *procul consulem esse*, II, 13, 2. *exuisset* (quo de dixi in Excerptis; vulgo *texisset*), II, 15, 2. ne vitandis, II, 15, 6. majora, pro vulg. *amiciora*, II, 24, 6. nev *quis militis*, II, 24, 6. *nepotesve moraretur*, omisso *eius*, quod utique redundat et languet, II, 26, 4. patratae *pacis*; uti conjecerat Gebhardus, suffragante Draken-

borchio, II, 29, 9 servire. II, 34, 3. *frumentum* sed tantum *coëmendum*, ubi *sed* certe privum est nostro et genuinae lectionis vestigium monstrare videtur, II, 35, 2. *ibi irae* tum *suppressae*, II, 35, 6. *minae* praecipitabantur, II, 35, 7: *conferunt*, pro vulgato *consilia conferunt*, II, 37, 3. *quod* nequius *sit*, II, 40, 6. *in felix senecta* transigit (vulgo *traxit*), II, 40, 13. *certamine* confixit, II, 46, 1. *majus quoque* aliud, II, 47, 10. *republica ex* una *parte orba*, II, 48, 1. incoacta *concordiae spe*; II, 48, 9. *privato sumtu* agere *in animo est*, II, 56, 13. *fine* magistro, II, 58, 7. hortator *operis*. Proprium item nostro est, quod pro *is* ejusque casibus obliquis, quoties sequitur relativum *qui*, semper fere exhibet pronomen *hic*, *hi*, cum obliquis. In quibus ut non negem esse quaedam manifeste rejicula, ita alia ausim asserere Livio prae vulgatis, et genuina pronunciare, alia digna saltem, in quibus expendendis critici cura et studium moretur. Quodsi valet Drakenborchii ratio, ex distractione vocum disjunctarumque connexione prava in codice Leidensi conjectantis (in Syllabo codd. MSS. Livii T. VII. p. 321.), propagatum esse ex vetustiori aliquo, qui continuam vocum absque discrimine et intervallis seriem exhiberet: tam multa id genus obvia sunt in nostro codice, ut et ipse antiqua stirpe prognatus videri possit. Veluti II, 15, 2. *ne vitandis* pro *nev in tantis*, II, 34, 8. *acui* pro *ac ui*, II, 35, 11. *cultoves sacrorum* pro *cultores agrorum*, II, 49, 3 *minor innumevo* pro *minori numero*, II, 62, 5. *pro victore linqueret*, quod corruptum ex *pro victo relinqueret*. Sumta haec exempla ex libro II; nam ex primo sect.

sim talia enotare neglexi, praeter unum illud I, 19, 2. *argi letum* pro *Argiletum*. Quorum aliqua simul sunt ejusmodi vt ex dictantis voce pependisse librarius videatur. Quapropter veniam aetatis mercatur hic codex, ut, quamvis juniori, testari liceat cum antiquioribus et conferre aliquid de peculio suo sermoni Livii, si minus in locis impeditioribus et controversis, at in aliis vulgo neglectis, praesertim sicubi doctiora exhibet et exquisitiora vulgatis Liviique elegantia digniora.

Notitiam membranacei nostri habuit Gronovius pater, atque Excerpta adeo, a Luca Langermanno, consobrino suo, qui Nic. Heinsio comes fuit in itinere Italico, subministrata, ut ipse scribit in Praefatione (Liv. Drakenb. T. VII. p. 312.), *Halmaestadiensem* appellans. Enimvero aut nihil Excerptis illis factum fuit negligentius vel imperitius, aut nihil supinius a Gronovio neglectum iniquiusve contemtum. In annotatione enim critica ad hos duo libros priores vix octies meminit *cod. Helm.* qui est membranaceus noster, nempe ad I, 5, 2. *tempestatibus temuerit loca*, ad I, 14, 9. *quique cum eo visi erant*, ad I, 28, 9. *at tu tuo supplicio*, ad II, 34, 3. *in Siciliam quoque* ad II, 40, 3. *in primo*, ad II, 40, 7. *non in conspectu*, ad II, 40, 11. *non invidernnt laude sua*, ad II, 52, 4. *eam oppressit*. Caetera omnia hujus codicis; optima cum pessimis, ipsasque proprias ejus lectiones, quas supra memoravi, silentio pressit, cum corrupta quaeque ex aliis larga manu afferat. Suspicor, nonnisi loca quaedam, de quibus mandasset Gronovius, a Langermanno inspecta.

Codicis
Helmstadiensis membranacei,
quo Livii Decas prima
continetur,
Collatio cum editione Drakenborch.

Inscriptio: *Titi Livii ab urbe condita primae Decadis incipit liber primus.*

Praefatio.

Fact op. pret sim: *facturus ne sim op. precium.* — si sciam: *si scirem.* — quum vet: *cum vet.* — aut in rebus: *aucti rebus.* — et me ipsum: *et ipsum.* — eorum, meo qui nomini obficient, me cons: *eorum me, qui nomini officient meo, consoler.* — dum prisca illa tota: *dum prisca tota illa.* — tamen efficere possit: *tam. officere posset.* — monumentis: *monimentis.* — quum suum conditorisque sui par: *cum suum cond. par. sui.* — imperium pat: *patiuntur imperium.* — desidentes: *diffidentes.* — tam serae: *tam fera.* — forsitan et neces: *et abest.* —

Liber I.

Cap. I. Aenea Antenoreque: *enee antenorique.* — fuerant: *fuerunt.* — Pylaemene: *Philemene.* — maris Hadratici: *adriatici maris.* — initia rerum: *rerum initia.* — Laur. agrum tenuisse: *ad Laurentem agrum*

tendisse — Trojae et: *Troja et.* — ut quibus ab: *quibus ab.* — urbe atque agris: *urbe agrisque.* — quidue quaer: *quid quaerentes.* — Laurentem exissent: *Laurentinum exissent: venissent.* — admiratum: *ammiratum.* — stirps: *stirpis.*

Cap. II. Etruscorum opes: *opes Etruscorum.* — Mezentiumque: *Metentiumque.* — eorum regem: *regem eorum.* — Trojanis studio ac fide: *studia ac fide Trojanis.* — ut jam: *ut etiam.* —

Cap. III. Haud nihil ambigam: *haut ambigam.* — fuerit Ascanius: abest *fuerit.* — nuncupat: *nuncupavit.* — abundante Lau. multitudine: *abundantem Lau. multitudinem.* — aut ulli alii: *aut alii.* — ausi sint: *ausae sint* — in silvis: *in sili*, sed a manu correct. *silvis.* — coloniae aliquot: *aliquod coloniae.* — Atye Capys: *Atyne Capis.* — Capye Capetus: *Capi Capetus.* — Tiberinus: *Tyberinus.* — trajectu: *trajecto.* — Tiberini filius: *filius Tyberini.* — Aventino fulmine ipse ictus: *ventino fulmine ictus.* — est pars Rom: *pars Rom. est.* — Addit: *Additit.* — interimit: *interemit.* — adimit: *ademit.* —

Cap. IV. Vi compressa: *Et compressa.* — nec dii, nec homines: *nec dii homines.* — in iis locis sol: *in his sol.* — tenuis: *pertenui* — Larentiae: *Laurentiae.* latos: *datos.* — Larentiam: *Laurentiam.* — circa saltus: abest *circa.* — subsistere: *sternere.* —

Cap. V. Palatino: *palatio.* — ea tenuerat loca: *tenuerit loca.* — per lusum: *per usum.* — Huic deditis: *Huic deditus.* — aperiri: *aperire.* — et aetatem: *et* abest. — Sciscitandoque: *Sciscitando.* —

Cap. VI. avocasset: *evocasset.* — regi effecit: abest *regi.* — permissa re: *re permissa.* — in iis locis: *in his locis.* — pastores quoque: *quoque pastores.* —

Cap. VII. ad caedem vertuntur: *adcedere vertuntur.* — muniit: *munivit.* — occepit: *occipit.* — formamque viri: abest *viri.* — Hercules, salve: *Hercule, salve* — atque dicata: *ac dicata.* — Ibi tum: *Ibi dum.* — Verba *Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque* desunt in cod. (ita *Potitiis ac Pinariis* erunt dativi graeci, pro *a Potitiis ac Pinariis;* voce *factum* finitur protasis, et sequentibus *forte ita evenit* incipit apodosis) — iisque exta: *hisque exta.* — extis sollemnium: *extis sollepnibus.* — sollemni familiae: *sollepnis fam.* — virtute partae: *virt. parta.* — sua fata: *sua facta.* —

Cap. VIII. lictoribus duodecim; *XII lictoribus.* — portenderant: *portenderunt.* — quam ad id: *quod ad id*, vitiose. — vetere consilio: *veteri cons.* — idque primum: *id primum.* —

Cap. IX. civitatium: *civitatum.* — magnitudo erat; *magnitudo deerat.* — *quippe* abest. — deinde, quas: *dein qua.* — A plerisque: *ac plerisque.* — Ecquod: *eo quod* — *compar.* deest. — Cons. vocat: *Cons. vocauit.* — Caeninenses: *Cenicenses* — Antemnates: *Antemnantes.* — tempus venit: *tempus advenit.* — ad rapiendas: *ad capiendas.* — ut in quem: abest *ut.* — forma excellente: *f. excellentes.* — deferebant: *deferunt.* — Talassii: *Thalassi.* — Talassio: *Thalassio.* — pro se quisque: *quisque pro se.* —

Cap. X. et legationes: *et* abest. — Post *regionibus erat* punctum ponitur, post *Conveniebant* nulla

interstinctio. — Caeninenses: *Cenninenses.* — agere iis: *agere his.* — Ipsi inter se: abest *ipsi.* — Ne Crustum. qu: *Nec Crust. qu.* — Caeninensium: *Cenninensium.* — movent: *movebant.* — Caeninum: *Cenninum.* — iram esse: abest *esse.* — ibique ea: abest *ea.* — addidit Deo: Jupiter Feretri: *additit. do Jupiter Feretri.* — iis region: *his region.* — laturos ea: *latur. eo.* — mult. compotum: *mult compositum.* —

Cap. XI. et ad hos: *et has.* — conjux. *conjunx.* — auro conrumpit: *auro corrupit.* — arx videretur: abest *arx.* — ne quid usquam: abest *usquam.* — quod in sin. man. haberent: *quod in sin. man. esset haberet.* — directo: *decreto.* —

Cap. XII. Mettus: *Mettius.* — Hostus Hostil: *Hostus.* — Vt Hustus: *Vt Hostilius.* — tuis, inquit: *inquit, tuis.* — saltem: *saltim.* — monumentum: *monimentum.* — servatam urb: *reservatum* urb: — Mettus Curt: *Mettius Curt.* — Verba, *et effusos egerat Rom* usque ad *Palatii erat,* plane desunt in cod. — Mettus: *Mettius,* et sic mox iterum. — Adverteratque: *Averteratque.* —

Cap. XIII. hinc patres, hinc viros: *hinc viros, hinc patres.* — liberûm hi: *hi liberorum.* — ac parentibus: *ac propinquis parentibus* — Movet res tum: *movent res cum.* — sed et civitatem: *sed civit.* — tamen aliquid: *aliquid tamen.* — equus Curtium: *equos Curtius.* ab Tito Tatio: abest *Tito.* —

Cap. XIV. et preces: *abest et.* — minus aegre: *cum min. aegre* (f. pro *tum).* — vastatur agri: *vastantur agri.* — quia dextra: *quia dexteram.* — tam vicinum:

tantum vicinum. — Post *effusi hostes* major interstinctio. — equis jerant: *visi erant.* — agmine uno: *uno agmine.*

Cap. XV. Veientium: *vehientium.* — raptam ex agris: *rapta ex agris.* — nulla arte: *nulla parte.* — tantum veterani: *tamen veter* — Rom. vicit: *Rom. vincit.* — profectu: *profectó.* — subito coorta: *subita exorta.* — tamen, velut: *velut tamen* — metu icta: *metu victa.* — sed perobscura: *subobscura.* — Consilio etiam: *et consilio etiam.* — mihi obuitum: *mi obviam.* — fidei fuerit: *fides fuerit.* —

Cap. XVII. pervenerant factiones: inter ordines certabatur: *peruenerat. factionibus inter ordines certabatur.* — regnari: *regnare.* — dulcedine nondum: *nondum dulcedine.* — civitatium: *civitatum.* — Quum sensissent ea moveri patres: *cum censuissent et amoueri patres.* — Verba *quod amissuri erant* desunt. — ratum esset: *rat. esse.* — usurpatur idem jus, vi ademta: *usurpatur. Id enim jus vi adempta priusquam.* —

Cap. XVIII. *post annos* deest. — veterum Sabinorum: *Sabinorum veterum.* — hon. ergo: *hon. erga.* — in lapide: *lapidem.* — appellaverunt: *appellarunt.* — quo longiss: *quod longiss.* — precatus est ita: *prec. ita est.* —

Cap. XIX. efferatos militia: *efferos militia.* — Argiletum: *argi letum.* — in armis: abest *in.* — T. Manlio: *T. Mallio.* — describit annum: *distribuit anni.* — intercalaribus: *intercalares.* — ut quarto et vigesimo anno: *ut vicesimo anno.* — annorum omnium: *omnium annorum.* —

Cap. XX. eum veste: *cum veste.* — adsiduae: *assidue.* — Salios item: *Alios item* — sollemnique: *sollepni.* — Numam Marcium: *Nume Marcium.* — turbaretur: *turbarentur.* —

Cap. XXI. violari: *violare.* — earum ibi: *ear. sibi.* — Argeos: *Argeas.* — Tum valida: *Cum v. lida.* —

Cap. XXII. fer. Romulo: *feroc. q'am Romulus.* — Tum aetas: *Cum aetas.* — stimulabat: *stimulabant.* — Cajus Cluilius: *C̄ Publius* (*C̄* videtur *Gajus* legendum) — ne quid prius, quam mandata, agerent: abest *quam*, nec *interstinguitur.* — comiter regis: *comites regis.* — adspernatus: *aspernatos.* —

Cap. XXIII. quinque millia: *quinque milia.* — fossa Cluilia: *fossa Civili.* — nomen quoque vetustate abolevit: *quoque nomen cum vetustate obelevit.* — Cluilius: *Ciuilius.* — Mettum Fuffetium: *Mettium Suffettium.* — Interim Tullus: *Interim rex Tullus.* — Mettum: *Mettium.* — ducit, quam proxime: *duci quã proxime.* — instructi: *structi.* — redditas res ex foedere: *redditas ex federe res.* — Cluilium: *Civilium* — quo propiores vos: *quo propior Volſcis.* — utri utris: abest *utris.* —

Cap. XXIV. Quiritium? vasa: *Quiritium causa.* — Voce, *Jupiter, audi*, desunt. — prima postrema: *prima postremum.* — illo die: *illa die.* — Id ubi dixit: *id dixit ubi.* —

Cap. XXV. Post *arma capiunt* inseritur *armati*, quam vocem licet major sequatur interstinctio, tamen haesisse apparet sequentibus. — Verba *illorum tunc arma* absunt. — periculi magis praesentis: *praesentis*

magis periculi. — intenduntur: *incenduntur.* — magnorum exercituum animos gerentes, *animos gerentes magnorum exercituum.* — ab sese abesse: *ab se esse.* — tum clamore: *tunc clamore.* — tertium dabant: *tert. dabat.* — causae belli: *causam belli* — met. res fuerat: *met. res erat.* — et ut pugn: *ut et pugn.* —

Cap. XXVI. Metto; *Mettio.* — raptus in jus: *raptus intus.* — aut secundum judicium: *ad se & m jud.* — si vincent: *si vicerit.* — i lictor. abest *i.* — imperium populo Romano: *p r imperium* — obnube: *obnubito.* — arbori infelici: *arbore infelici.* — non sua decora: *non decora.* — admiratione: *ammiratione.* —

Cap. XXVII. gerundum: *gerendum.* — Metto: *Mettio.* — Tiberim transierat: *Tyb. transit.* — ea inclinare: *eo inclinare.* — equites erigere: *equites erigerent.* — a tergo: *ab tergo.* — fugae pugnaeque: *pugnae fugaeque.* —

Cap. XXVIII. Mettus: *Mettius.* — Mettum: *Mettium.* — a tergo: *ab tergo.* — Mettus ille: *Mettius ille,* sic in seqq — deinde talia alius: *talia alius deinde.* — nisi: *ni.* — tuum insanabile ingenium: *tuum ingenium insanabile.* — Romanamque rem: *remque Romanam.* — a tanta foed: *ab tanta foed.* —

Cap. XXIX. praemissi Albam: *praemissi Albani.* — flammaque miscet: *flammaque miscere.* — ac velut captos: *aut velut captos.* —

Cap. XXX. additur urbi mons: *mons additur urbi.* — Quinctios: *Quintios.* — circumspicere: *circuminspicere.* — Etruria erat: *Etruriaque erat.* — equitatu *equitato.* —

Cap. XXXI. quies dabatur: *dabatur quies.* — ab bellicoso: *a bellicoso.* —

Cap. XXXII. res, ut institutum: *res ut institutum.* — longe antiquissimum: *longeque antiqua.* — in alb. relata: *in alb. elata.* — quum in nono: *cum in n.* — Aequicolis: *Aequiculis.* — Legatus, ubi: *legatus ibi.* — publicus nuncius: *nuncius* deest. — dedier nuncio populi Romani mihi: *dedier P. R. mi.* — me numquam siris: *me unquam siveris* — Cum his: *Cum iis.* — rex his ferme: *rex ex his ferme.* — priscis Latinis: *priscis vel Latinis.* — quae res nec dederunt: abest *quae* res. — dic, inquit ei, quem primum: *Quas res dic inquit. et quem primum.* — hominesque prisci: *homnesve prisci.* — Verba *jussit esse - - - - priscis Latinis* omittuntur. —

Cap. XXXIII. rem Romanam: *rem Romanorum.* — haud ita: deest *haud.* — praeda potitus: *praeda potens.* — multis millibus: *multis militibus.* — sublicio. *sulpicio.* — a planioribus: abest *a.* —

Cap. XXXIV. Damarati: *Demarathi.* — Aruns: *arruns*, et sic in sqq. — facile iis: *facile his.* — Post *sineret* punctum: tum sequitur *Ea cum innupsisset spernentibus* etc. — exsule advena: *exulem advena.* — arcessitum: *accessitum* — aquila: *cum aquila.* — leniter: *leviter.* — pileum: *pelleum.* — Post *prodigiorum* interstinguitur: tum *Mulier excelsa et alta sperare* etc. — superpositum: *superpositam.* —

Cap. XXXV. Regnavit Ancus: abest *Ancus.* — prope puberem aetatem erant: *erant prope puberem:* deest *aetatem.* — Apiolas: *appiolas.* — furcis: *foris.* —

Cap. XXXVI. — Romae est: *est Romae.* — eludensque: *ludensque.* — non admisissent: *amisissent.* — alterum tantum: *tantum alterum.* — et octingenti equites: *et CCC equites.* —

Cap. XXXVII. quum haererent: *cum inhaererent.* — Ea quoque res: *Eaque res.* — adtulit Sabinis Effics: *attulit. Sabinis effusis.* — sisterent modo: *modo sisterent.* — votum id: *id votum.* — iere: *ire.* —

Cap. XXXVIII. dederetis: *dederitis.* — Medullia: *medula.* — Nomen tum: *momentum* — Pax deinde: *Pax inde.* — qua nondum: *quam nondum.* — cloacis e fastigio: *e cloacis fastigio.* —

Cap. XXXIX. *in regia* abest. — visu: *visum.* — mirabile fuit: *mirabile fuit omen.* — Verba *Puero dormienti - - - nomen fuit* desunt in cod. — restinguendum: *restringendum.* — sedatoque eam: *sedatoque iam.* — abiisse: *abisse.* — Viden'tu: *videsne.* — quisquam Romanae: *ei quisquam Romanae.* — despondit: *despondet.* — familiaritatem auctam, et puerum: *familiaritate acta puerum.* — ut in domo: *ut* abest. —

Cap. XL. non modo civicae: *non modo non vicinae.* — inde porro: *inde prorsus* — prognatus: *progenitus.* — tum commune Romani nominis: *cum commune Romanis nominis sit.* — Sed et inquiae: *et* abest. — eundem regni: *et eundem regni.* — Cum intentus: *Dum intentus.* — elatam: *datam.* —

Cap. XLI. inimicis: *inimis.* — Post *expergiscere* punctum ponitur: tum *Vere et nos* etc. — mea sequere: *mea consilia sequere.* — suas opes firmavit: *firmavit suas opes.* — palam facto: *palam factum.* — comprehensis: *compressis.* —

Cap. XLII. quin invidia: *cui cum invidia.* — plebis animos: *plebis animus.* — tanto futuro imperio: *tanto imperio futuro.* —

Cap. XLIII. Ex iis: *Ex his.* — centum millium: *centum milium*, atque ita haec vox semper. — censum haberent: deest *haberent.* — Prima classis omnes: *primo classis omnis* — Tertiae classis: *Tercia classis.* — et hae: *et haec* — aetatium: *aetatum.* — classis aucta: *classis acta.* — Equites enim: *Quirites enim.* — Post centuriae inseritur *primum peditum vocabantur.* — secundae classis: *sedem classes.* — ad institutam ab Ser. Tullio summam: *se ad institutas ab Ser Tullio summas.* — collibusque, quae habitabantur partes, Tribus eas appell.: *collibusque habitabantur, partes eas Tribus appell.* —

Cap. XLIV. de incensis: *decensis.* — suovetaurilibus: *sucube taurilibus.* — circumdat urbem. ita, pomoerium profert: *circumdat. urbem Int pomerium profert.* — circa murum: *circa moeri.* — vulgo etiam: *etiam vulgo etium.* —

Cap. XLV. et ad pacis: *et pacis usus.* — urbi decus: *decus urbi.* — urbi decus. Jam tum erat inclitum; *decus urbi u C* (quae Sigla in hoc cod alias valet *vel*) *tantum - Erat inclitum.* — perpulit: *pertulit.* — toties: *totiens.* — pervenerat ad antistitem: *per antistitem.* — Sabinus: *Sabinusque.* —

Cap. XLVI. regni minuit: *regni diminuit.* — adversa patr. voluntate: *adversum patrum voluntatem.* — ut elanguescendum: *et elanguescendum.* — ignav. esset: *ign. esse.* — domi se: abest *se.* —

Cap. XLVII. Iam enim: abest *enim.* — cui nupta dicer.: *cui innupta dicer.* — mutata est res: *mutata res est.* — quid te ut; *quod te ut.* — nullum momentum; *nullum momentum.* — omnibus locis: deest *omnibus*, absorptum a praeced. *criminibus.* — ut iam ag.: *ut etiam ag.* — inrupit: *irrumpit* — in regia sede pro curia: *in regiam pro cur.* — et iam de: *etiam de.* — Tarquinius, maledicta ab stirpe ultima orsus: Servum: *Tarquinius maledicta. ab stirpe ultima orsum Servum.* (An genuina, ex qua haec depravata sunt, lectio fuerit haec? *Tarquinius maledicta:* (scil. jacere coepit) *ab stirpe ultima* (Seruili) *ortum Servium*). — parentis sui: *patris; sui* abest. — ut antea: *ut ante.* — comitiis habitis: abest *habitis.* — parata, unde ubi: *parata ubi.* —

Cap. XLVIII. Seruius quum; abest *Servius.* — excitatus: *excitatus Servius.* — Quid hoc: *Quod hoc.* — considere: *consedere.* — satis illum diu: abest *diu.* — jam ipsa: *jam etiam ipsa.* — per gradus dejicit: *per gradum dejecit.* — redit: *rediit.* — semianimi: *Semianimis* — §. 4. ad summum Cyprium vicum: *ad sûmû consp̃mû vicû.* — ab iis: *ab his* — Virbium: *urbium.* — tulisse: *tulisset.* — Voces *ac tam moderatum imperium tamen* desunt in cod. — unius esset: *unius ẽ*, quod in hoc cod. valet *est.* — scelus intestinum: *scelus in testimonium.* — agitanti: *agitandi.* —

Cap. XLIX. Voces *ad jus regni* absunt. — bonis multare poterat: *bonis multare quos poterat.* — Ita Patrum praecipue: *Praecipue ita patrum.* — traditum: *ut traditum.* —

Cap. L. Verba *Iam magna Tarquinii - - - proceres erat* exciderunt. — sol occideret: deest *sol.* — *tota* die

toto die. — Principibus longe: *Principibus enim longe.* — debere: *deberent.* — Sin suos: *Si in suos* — abituros: *habituros.* — domi nactus, quum maxime dissereret: *dominatus cum dissereret.* — transigi: *transfigi.* —

Cap. LI. deversorium: *diversorium.* — afuerit: *defuerit.* — numerum esse: *esse numerum.* — eo ventum: *eo perventum.* — dejectus ad: *deletus ad.* —

Cap. LII. quo ab Tullo: *quod ab Tullo.* — utilitatis id magis: *utilius id magis.* — secundaque potius: *secundaque post jus.* — Anco prius: abest *prius.* — persuasum Latinis: *persuasum est Latinis.* — ut ex foedere: abest *ut.* —

Cap. LIII. ni degeneratum: *ne degeneratum.* — Volscis: *volcis.* — quadringenta talenta: *xl talenta.* — argenti aurique refecisset: *argenti recepisset.* — arte Romana: *ante Romana.* — templi jaciendis: *templi faciendis.* — in se: *in se se.* — apud hostes: *apud hostem.* —

Cap. LIV. concilia publica: *consilia publica.* — auctor esse: *auctor esset.* — quidem potuissent: *quidem possent.* — e suis unum sciscitatum: *ex suis unum exsciscitatum.* — Gabiis posset: *populis Gabinis facere posset.* — in hortum aedium: *in ortum aedium.* — sequente nuncio: *sequenti nuncio.* — quid vellet par.: *quod vellet par.* — quidve praecipere: *quodve praecip.* — multi palam; quidam: *multi palam quidem* — criminatio erat: *erat criminatio.* — divisui fuere: *divisa fuere.* — Largitionis: *Largitiones.* —

Cap. LV. patrem novisse: *patrem voluisse.* — exaugurare: *exaugurato.* — admitterent: *amitterent* (quod depravatum ex *ammitterent;* siquidem et *ammonere* codex noster semper pro admonere.) — Id

omen: *Idque omen.* — unumque eum deorum: abest *eum.* — sacratis sibi: — *sacratis ibi.* — prodigium est: abest *est,* — adciverant: *conciuerant.* — Pometinae: *Pôptinae.* — talenta fuisse: abest *fuisse.* — millia: *milia.* — summam pecuniae: *quia summam pecuniae.* — praeda sperandam: *praeda seruandam,* sed superscriptum *sperandam.*

Cap. LVI. sed operis etiam: *sed etiam operis.* — haud parvus: *haud patrius.* — quae posthac: quae postquam. — aliquapto: *aliquando.* — traducebatur: *traducebantur.* — sub terram: *sub terra.* — *Anguis;* hujus vocis elemento secundo superscripta est eadem, quae caetera exaravit, manu sigla haec *ℰ*, de cujus vi non vacat quaerere; nec alibi eam in hoc codice memini observare. — exterritus visu: *exterritis visu.* Aruns: *arruns.* — relinquere statuit: *relinqueret statuit.* — praedae esse: *praeda esse.* — opperiretur: *operiretur.* — Is tum: *is cum.* — Romae: *roma.* — Tarquinii, ut Sextus: *Tarquinius Sextus.* — Romam redissent: *romam redisset.* — bellum summa vi: deest *bellum.* —

Cap. LVII. tum ipse: *cum ipse.* — infestos etiam *infestus etiam* — coepti premi hostes: *capti primi hostes.* — in iis stativis: *in his statiuis.* — Post *laudare* interstinguitur; inde: *Miris modis inde certamine accenso etc.* —

Cap. LVIII. deductus esset: *ductus esset.* — pavida ex somno: *pauida exo i.* — miscere: *misceri.* — in sordido: abest *in.* — mulieri, amissa: *muliebri amissa.* — viri estis: abest *estis.* — noxam: *noxiam.* — afuerit: *abfuerit.* — Conclamant: *Conclamat.* —

Cap. LIX. illis luctu occupatis: *illic luctu occupatus.* — manantem cruore: *manante cruore.* — vi possim: *ui possum.* — elatum domo: *et latum domo.* — concientque miraculo: *commotique miraculo.* — tum patris: *cum patres.* — castigator: *castigatur.* — Inde pari praesidio: *inde patres praesidio.* — quacunque incedit, armata: *quacunque armata multitudo.* — atrox res: *atrox rex*, sed superscriptum eadem manu *res.* — tribunum Celerum: *trib. celebrem.* — Tricipitini: *Tricipitrini.* — corpori patris nefando vehiculo: *corpore patris nefandoque vehiculo.* — relinquit: *reliquit.* —

Cap. LX. trepidus rex: *rex trepidus.* — accepere: *accipere.* — Caere: *cere.* — conciverat: *concitauerat.* —

EX LIBRO II.

Cap. I. Frugem libertatis mat. jam vir. ferre possent: *frugem mat. iam uir. ferre possent libertatis.* — deminutum: *diminutum.* — equestris gradus lectis: *equestris gladus electis.* — ad trec. summam: *ad trec. numerum summam.* —

Cap II. ne ubiubi: *nec ubiubi.* — minimis quoque rebus: abest *quoque.* — regnasse deinde: *regnasse dein.* — oblitum: *oblatum.* — Hic primo sensim tentantium animos sermo: *hinc primo sensim templatum animos. Sermo etc.* — meminimus, fatemur: *memini metum fatemur.* — munifice: *magnifice.* —

Cap. III. id quod non tim.: *quod non tim.* — nec ii: *nec hi.* — in regno libido: *ingeniū* (lego *ingenium) libido.* — quaerentes: *querentes.* — ubi incuria opus sit: *ubi incuria sit opus.* — ambientes: *ambigentes.* — literas ab Tarquiniis: *ab Tarquiniis litteras.* —

Cap. IV. avunculi adsumunt: *auunculi sumunt.* — et nob. aliquot adolescentes: *aliquot et nobiles.* —

Cap. V. bonis regiis: *bonis regis.* — illi victi ira: *ibi uictura.* — contacta: *contracta* — verba *consecratus Marti* - - *fuit* desunt. — forte ibi: *hoc ibi forte.* — praemium indici: *praemium indice*, sed superscriptum eadem manu *indici.* — vindictae quoque: *uindiciae quoque.* —

Cap. VI. acta erant: *aucta erant.* — ac pro se quisque: abest *ac.* — civitatium: *civitatum.* — agminis fuit: *agminis fecit.* — procul consulem esse: *haud procul consulem esse.* — ille est vir: abest *uir.* — tum ipsis capessere: *cum ipsis cap.* — uterque transfixus: abest *uterque.* — neque ita multo post: *et quo ita multo post.* —

Cap. VII. Etruscorum: *Tuscorum.* — Romam rediit: *Romam redit.* — ante omnia: *ante omnis* (omnes). eum luxerunt: abest *eum.* — Consuli deinde: *Consuli inde.* — Velia: *villa.* — inexpugnabilem fore: *inexpugn. fieri fore.* — ad concilium: *ad consilium.* — escendit: *ascendit.* — Gratum id: *tum id gratum.* — Vbi audire jussi, consul: *ibi audire jussit consul.* — si in ipsa: *quamvis in ipsa.* — leui momento: *leui monumento.* — vobis Velia: *vobis villa* — in velia: *in villa.* — libertas. Delata confestim: *libertas delata. Confestim etc.* — Vicaepotae: *vicae procae.* — in infimo: *in infirmo.* —

Cap. VIII. tum deinde: *tum inde* — post *Lucretii locum* inseritur *inde.* — M. Horatius Pulv. abest *M.* — tenens postem: *et tenens postem.* —

Cap IX. Porsenam: *Porsennam.* — nihil, quod supra; abest *nihil.* — tum regem esse: *cum regem esse.* — infesto exercitu: *infesto cum exercitu.* — Non umquam: *non numquam.* — venibat: *veniebat.* — Portoriisque: *Portoriis quoque.* — plebes liberata: plebe liberata. — educarent: *educent.* —

Cap. X. Sepiunt: *muniunt.* — Sublicius: *Sulpitius.* — quae. vi possent: *quae. vi possint.* — T. Herminium: *Terminium.* — parumper: *parumque.* — qui rescindebant: *qui reciderant.* — scuto haesissent: *scuto inhaesissent.* — obstinatus: *obstinatius.* — te sancte precor: abest *te.* — multisque superincidentibus: *multis superque incidentibus.* — tranavit: transnatavit. —

Cap. XI. repulsus, consiliis: *repulsis consiliis.* — adcitis, et ad custodiam; *accitis ad custodiam.* — praedatum *praedam.* — traiiceret: traiicerent. — et scire: *et scire.* — Sp. Lartium: *Sp. Largium.* — hostis praetereat: *hostes praetereant.* — deinde se obi: *inde se obi.* —

Cap. XII. Fortuna tum urbis crimen adfirmante: *fortunatum urbis discrimen affirmante.* — senatum adiit: *sen. adit.* — et intrare, si possim, castra hostium volo: *et in castra si possim intrare volo.* — Vbi eo venit, *Vbi eo ventum est.* — forte militibus: *militibus forte.* — regii: *regi.* — simul ira: *ira simul.* — igues: *ignem.* — corpus sit iis: *corpus sit his.* — macte virt. *macta virt.* — Tum Mucius: *Tunc Mutius.* — ut cuique ceciderit primo, quoad te; *utcunque ceciderit, primi quoad te.* —

Cap. XIII. — a clade: abest *a.* — insid. texisset: *insid exuisset.* Hanc lectionem, quam unus servat codex noster, ausim vindicare Livio ac restituere, non modo ut elegantiorem vulgata exquisitioremque, sed et rei magis propriam et sententiae aptiorem. Mucii error regem non tam *texit*, *protexit* ab ictu (id quod est satellitum et προμάχων), quam periculo, quod ei oblatum *induerat* insidiator, detracto et in scribam verso exemit, expediit, liberavit, quae vis est verbi *ex ere.* Vt enim *indui* quis dicitur *in laqueos*, *in periculum*, sic inde *exui* vel *exuere se*, hoc est, expedire. Nonius Marcellus de var. sign. serm. (ed Paris. p. 300 et in Gothofredi Auctt. L. L. p. 655, n. 17.) *Exui est liberari. Lucilius l. XXIX. Vnde domum vix redeat, vix que hoc exuat se.* Cicero in Verr. l. V. c. 48: *Si mehercules ex his laqueis te exueris, ac te aliqua via ac ratione explicaris.* Idem in Verr. l. I. c. 43: *Videte, ut, dum expedire sese vult, induat.* Tacito Ann. I, 59. *exuere supplicia et tributa* est suppliciorum metu et tributorum onere levari. Senecae in Troad. 213 Achilles dicitur *exuens matris dolos* (h. e. euadens) *falsa que vestes fassus esse armis virum.* — se foedus: *foedus se* — inviolatam: *inviolatamque.* — regem Etruscum: *Etruscum regem.* —

Cap. XIV. Voces bonis vendendis absunt. — prae se ferat: *praeferat.* — ex iis, quae: *ex his, quae.* — in potestatem: *in potestate.* — decernere auderent: *decernerent. auderent.* — concitato impetu se intulerant. — concitatos impetu se intulerant: *concitatos impetus intulerant.* —

Cap XV neu in tantis: *ne vitandis.* — quam regibus, portas: *quam portas regibus.* — seu quiete,

exsilio: *seu quieto exilio.* — distineat: *distineat.* — facta amiciora: *facta majora.*

Cap. XVI. Attus Clausus: *Attius Clausus.* — ab Regillo: *ab ẽn regillo.* (quod quid sit, nescio, ẽ in hoc codice valet *con*, t̃ *ter*, t̃ *tur*, ñ *non.*) — Claudia tribus: abest *tribus.* — eo venirent agro: *eo agro venirent.* — est elatus: *est datus.* — aurunoum bellum *aurum cum bellum.* — iram belli hostis abstinuit; *ira belli abstinuit.* —

Cap. XVII. primo vi, deinde: *primo ut deinde.* — obpugnaverunt: *oppugnarunt.* — quam ferro: deest *quam.* — sed utrum, nomen: *Sed verum nomen.* — tum ira majore belli: *cum ira majore bellum.* —

Cap. XVIII. Cominium: *Comunium.* — Lartium: *Largium.* — quod triginta: abest *quod.* — quibus consulibus: *quibus facta consulibus.* — Tarquinia: *Tarquiniana.* — parum creditum sit: *quambis parum creditum sit*, nullis signis parentheseos, praecedentibus. — Lartium: *Largium.* — quam M. Valerium: *quam M. Valerium.* — M. filium: *m. u. filium.* — legi dictatorem: *legere dictatorem.* — inpetrataque foret: *inpetrata deforet.* — si, quod: *si quid.* — praestare Sabini: *praestare Sabinum.* —

Cap. XIX. Ser. Sulpicius, M' Tullius: *Servius Sulpicius, M. Manilius Tullus.* — actum: *actum est.* — Aebutius: *ebutius.* — Octavium: *Octauum.* — Ea, quod majore: *Eo quo majore.*

Cap. XX. nec quidquam: *nec quisquam*, sed recentior manus correxit *quicquam.* — citato agmine: *cito agmine.* —

Cap. XXI. Mortuus est Cumis, quo se: *Mortuus Cumis et quo se.* — Aristodemum: *Aristodimum.* — erecta plebes: *erecta plebs.* — coepere: *coeperunt.* una et viginti: *una et XXX.* — Voces *idibus Maiis* absunt. —

Cap. XXII. praelio uno: *praelio una.* — res pertulit: *res pertulit.* — obsides dant trecentos princ.: *obsides dant tũ* (lego *tum*) *principum acora.* — parant bellum: *parant in bellum*; sed *in* linea subtus transversim ducta notatum atramento recentiori. — magistratus rejicerent: *magist. traiicerent.* —

Cap. XXIII. post *aes alienum* nulla interstinctio; post *fremebant* punctum ponitur. — inter hostes: *et inter hostes.* — malorum suorum insign.: *maiorum suorum insign.* — concionis modum: *conditionis modum.* — iniquo suo tempore: *iniquum suo temp.* — tumultus continet: *tum. sustinet.* — in foro: *infero.* multo minaciter: abest *multo.* — contr. ad consules: *contr. ab consulibus.* — Tum vero eludi: *cum vero eludi*, et *putaret* pro putare. — morando: *moderando.* tandem curia: *tandem inde curia* —

Cap. XXIV. discordia fecerat: *discordias fecerat.* — adfecere: *acficere.* — alius alium: *Alios alium.* — magis populare: abest *magis*, — prope ad portas: omittitur *prope.* — civem Romanum: *ciuẽs romanum.* — Ne quis militis: *neu quis militis.* (probe). — nepotesve ejus: omittitur *eius* (bene). —

Cap. XXV. fieri possit: *fieri posset.* — tentant castra: *temptant et castra.* — postero die: *postera die.* — Postero die ad Suessam Pometiam: *Postera di assuessam pometiam.* — paullum recr.: *paulolum recr.* —

Cap. XXVI. tum itinere: *cum itinere.* — partae pacis: *patratae pacis.* (uti coniecit Gebhardus, probante Drakenb.) — cujus fama haud procul i. ab Ar. visi: *cuius famae haud procul iam ab aricia uis.* — debellatum: *depellatum* (quod natum fortasse ex *depraeliatum*; id enim ex lege cod. nostri scribendum foret depliatum). —

Cap. XXVII. ubi cui mil.: *ubi cuique militi:* — jactabant: *iactabantur.* — exprobrabant: *exprobrant* — res cogebat: *res cogebant* — praeceps ierat: *praeceperat.* — aedis dat: deest *dat.* — appareret: *apparet.* — *utique*: *utrumque.* — delectuque: *dilectuque.* — delectum: *dilectum.* — et Patrum majestatis: abest *et Patrum.* — nisi aegre: *ni aegre.* —

Cap. XXVIII Virginius: *vergineus.* — plebes: *plebi.* — fort. ageret: *fortuito faceret.* — Hercule: *hercle.* — delectum quam acerrimum: *dilectum quam acerrimam.* — nominatim juniores: *nominatim viros*, sed superscriptum eadem manu (credo, ut varians lectio) *iuniores.* — negare: *negaret.* — quid mandatum: *quod mandatum.* —

Cap. XXIX. ut ii: *ut hi.* — adsint: *assint.* — delectum: *dilectum.* — ex iis, qui: *ex his, qui.* — prehendere: *pendere.* — postulantibus iis: *postul his.* — de iis tantum: *de his tantum.* — Lartius: *Largius.* — saevire: *servire.* — Agedum, inquit: *agendum inquit.* — conticescet: *conticesset.* — tum mihi: *et tum mihi.* —

Cap. XXX. Virginii Lartiique: *verginii largiique.* — quae totam: *qua totum.* — imperium, suo vehemens, mansueto etc.: imperio suo vehemens man-

sueto etc. — M' Valerium: *Marcum valerium.* — Nec poterat jam: *nec iam poterat.* — finis populationibus: *finis illis populationibus.* — conferenda propius: *conferanda propius.* — coortos: *cohortes.* — in insidias: omittitur *in.* — vigentes corpor.: *ingentes corp.* Velitras: *uelites.* —

Cap. XXXI. Exuitque castris: *exuit castris.* — cornua latius: *latius cornua* — in eo loco: *in eodem.* — quum gratia, tum arte: *cum gratiam, tum artem.* — quid nexis: *de nexis.* — Quod ad me adtinet: abest *ad.* — abiisse: abiise. —

Cap. XXXII. delectus: *dilectus.* — amnem est: omittitur *est*, itemque signa parentheseos nulla. — millia pass.: *milia pas s* (quomodo scribendum esse, Heusingerus docuit ad Ciceronis Offic.) — consentiebant: *consentiunt.* — sermo fuerat: *sermo fuerit.* — conspirasse inde: *conspir. deinde.* — nec dentes: *ne dentes.* — ad extremam tabem: *ad extremâ tabemque.* — ali, quam: *aliquem.* — Non post vocem *sanguinem*, sed post *comparando* punctum ponitur. — quam intestina: *quâ* (quae sigla alias valet *quoniam*, *inte t.* —

Cap. XXXIII. Licinius: *Lucinius.* — post *legem latam* nulla interstinctio, sed post *plebis* — Postumus Cominius: *postumius communius.* — Antiates: *anciates.* Poluscam, item: *protinus mucamitem.* — adortus est: omittitur *est.* — Volscae legiones: *Volsci leg.* — Is cum delecta: *Qui cum delecta.* — retudit: *retulit.* — temere arreptum: *temere abreptum.* — cui ad ferendam: *qui ad ferendam.* — postumum cominium: *postumium communium.* — vir omnium vita: *cur omnium vita.* — sextantibus: *extantibus.* —

Cap. XXXIV. a bello esset: deest *a.* — frumentum coëmendum: *frum. sed tantum coëmendum.* (Etiam Klockii Ms. et Voss. 1. habent *ad frumentum tantum coëmendum.* Unde vero vox *tantum?* quae adeo non sapit glossema, ut, quorsum pertineat quaeve mens fuerit glossatoris, vix assequare. Quin haec non irrepsisse ex glossa, sed corrupta esse suspicor ex *setanium*, cum noster codex habeat *ſ; tantum* (ſ; alias valet *sed*). Σητάνειος, ut Galenus et Etymol. M., sive, ut alii, σιτάνιος πυρὸς, qui et τρίμηνος et τριμηνιαῖος (Latinis *trimestre triticum*) est genus tritici, intra *tres* menses maturescens, et in Italia, auctumnali semente per inundationes aut diuturnas nives suffocatas, primo vere seri solitum in subsidium annonae et famis metuendae levamen, teste Plinio H. N. l. XVIII, c. 7, s. 12. Non sationis modo tempore, ut opinati sunt quidam, rei herbariae minus curiosi, sed etiam naturae proprietate diversum esse a tritico vulgari, docet notatio Theophrasti Hist. Plant. VIII, 2 et 4 et contra Columellam de R. R. II, 9, 8. defendit Plinus l. c. Idem *panem sitanium* memorat l. XXII, c. 25, s. 68.. Julius Pollux l. VI, segm. 73. οἱ δὲ σιτάνιοι ἄρτοι ἐκ τῶν σιταυλων πυρῶν, οἵ εἰσιν οἱ τετράμηνοι. τῆτειον γὰρ τὸ ἐπέτειον. Affatim de setanio Stephanus Thes. G. L. T. III. p. 795. et Martinius Lex. Philol. T. II. p. 628 ed. Graec. ac brevius Needhamus ad Geopon. III, 3, p. 27. Scripserit igitur Livius *ad frumentum setaniumque coëmendum*, nempe ad sationem, maturandamque urgente fame tribus mensibus messem. Encliticam QVE facile obruit et absorpsit sequens COĒ. Vel ad sementem defuisse copiam Romanis, auctor est eadem haec exponens Dionysius Halic. A. R. VII, 1.) — litoribus: *lictoribus.*—

Aristodemo: *aristodimo.* — jus pristinum reddant: *jus reddant pristinum.* — avocet plebem: *vocet plebem.* — cultores agrorum: *cultores sacrorum.*

Cap. XXXV. nisi C. Marcio: *nisi gneo martio.* — Ibi ira est suppressa: *ibi irae suppressae.* (Exquisitior sane est haec lectio et elegantior, quam quae ab in venustis et inficetis librariorum ingeniis profecta credatur. Forte tamen melius *ibi tum irae suppressae. Ibi tum* passim venuste copulantur. Noster supra I, 7, 12. *Ibi tum primum bove eximia capta*, et II, 5, 3. *Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi.* Cicero pro Quint. c. 4. *Ibi tum vir optimus, Sex. Naevius, hominem multis verbis deterret, ne auctionetur*, ad quem locum plura Manutius. Frequens inprimis Terentio haec locutio est, ut I, Andr. IV, 1, 10. *ibi tum eorum impudentissima oratio est.* Geminum huic est *ubi tunc* pro *ubi*, ut apud Papin. Statium in Hercule Epitonpezio Nonii vindicis (Sylv. IV, 6, 20.) *Mille ubi tunc species, aerisque eborisque vetuti — Edidici.*) — unius poena: *unius pene.* — qua suis quisque, qua: *quam suis quisque, quam.* — a coitionibus: *a concionibus.* — disjicere rem: *dissicere rem.* — minae percipiebantur: *minae praecipitabantur.* — consilia conferunt: abest *consilia.* (id quoque latinum et optimis usitatum, pro sermones communicant, confabulantur. Exempla e Plauto et Ciceronis ad Atticum epistolis Lexica suppeditant).

Cap. XXXVI. instaurandi haec caussa fuerat. Ludis etc.: *instaurandis haec caussa fuerat ludis. Mane etc.* — Ti. Atinio: *tito latino.* — nisi magnifice instaurarentur: *ni magnificere sic instaurarentur.* — Tum enimvero: *Tunc enimvero.* — Jovem, minas irasque:

Jovem minasse irasque. — haud dubio: *haud dubie.* — lectica adfertur: *lectica defertur.* —

Cap. XXXVII. Attio Tullo: *attio tullio.* — Tullus: *Tullius.* — sequius sit: *nequius sit.* — quidquam ab iis: *quicquam ab his.* — nunc Volscorum: *Volscorum nunc.* — Consules quum: *Consul quum*; mox tamen *detulissent.* — vel ex supervacuo: *et ex supervacuo.* —

Cap. XXXVIII. quisque veniret: *quisque evenit.* — animo fertis: *animo feretis.* — vos videre: *vos videre.* — nisi aliquod: *nisi aliquid.* — quo si intersimus: *quod si intersimus.* —

Cap. XLIX. Tullus: *Tullius.* — C. Marcius: *gn̄ martius.* — Poluscam: *Poloscam.* — novella haec Rom. oppida: *Novellam. Haec Rom. opp. ademit.* — Lav. recepit: *Lavin. recipit.* — Vitelliam, Trebiam, Lavicos: *veteliam, trebium, labicos.* — Cluilias: *cluvillas.* millia: *milia.* — in primores: *inter primores.* — C. Marcium: *gn̄. martium.* — labare: *levare.* — iidem missi: *idem missi.* — nihilo magis: *nihiloque magis.*

Cap. XL. coniuxque: *coniunxque.* — inf. senecta traxit: *inf. senecta transigit.* — quum in conspectu: deest *quum.* — coniux liberique: *conjunx liberique.* — nisi peperissem: *si non peperissem.* — uxor deinde ac liberi: *uxor deinde ac deinde liberi.* — perisse trad.: *perisse tradunt.* — laudes suas: *laude sua.* — Tullum: *Tullium.* — certamine confecit: *certamine confixit.* — nam ii quoque: *nam hi quoque.* —

Cap. XLI. Virginius: *verginius.* — iis, qui acceperint: *his, qui acceperant.* — Quid adtinuisse: *quod attinuisset.* — esse dissuasor: *esse sedis suasor.* — as-

pern. plebes: *aspern. plebs.* — ferant: *ferunt.* — quaestoribus: *e quaestoribus.*

Cap XLII. L. Aemilio: *l. emilio caeso.* — F Fabius: abest *K.* — Quinctilibus: *quintilis.* — po pulari celebrabant: *populari celebrant.* — Kaesonis: *c sonis.* — abutebanturque iis: *abutebantur his.* — coe lestia, prope quotidianas: *coelestia prope cottidiana.* — motique ira: *motique ita.* — caussam nullam aliam *nullam caussam aliam.* — Oppia: *Opia.* —

Cap. LXIII. C. Julius: *c tullius.* — K. Fabius: *c so Fabius.* — Ortonam: *Artonam.* — redibatque: *re diebatque.* — detrectandi: *detractandi.* — S. Licinius. *Sp. Lucinius.* — delectum consulem: *dilectum consulem.* — exercitus scribitur. ducendus Fabio etc: *exercitus scribitur ducendus. Fabio et in Veientes in Aequos Spurio datur.* — Et in Veientibus quidem: *et in equis quidem.* — postmodo: *post modum.* — si aliud nihil: *si nihil aliud.* — nunc navatam: *nunc novatam.* — operam, redeunt in castra. Nec huic etc.: *operam. Redeunti in castra, ne huic etc.* — Cn. Manlius: *gn manilius.* —

Cap. XLIV. delectum: *dilectum.* — in praesentia re ipsa, exemplo: *in praesentia re extemplo.* — ut cuique: *ut cuique eorum.* — quatuorque tribunorum: *novemque tribunorum.* — delectum cons.: *dilectum consules.* — quo undique: abest *undique.* — cuique parti: *cuique partim.* — delectibus: dilectibus. — facta et deos: *facta, et deos.* — Ea spes Etr. armaverat: *Hae spes Etr. armaverant.* —

Cap. XLV. Consules quoque: *Consul quoque.* — ancipiti periculo: *ancipiti proelio.* — lacessere: *lacce*

cere. — qua cons. ipsos qua exercitum: *quia cons. ipsos exercitumque.* — qua falsa, qua vera: *quae falsa, quae vera.* — multitudinis: *multitudini.* — superant: *supererant.* — velut deliberabundi: abest *velut.* — retro revocanda: abest *retro.* — abdenda cup.: *addenda cup.* — militi adderent impetum: *adderent militi impetum.* — pugnae esse: *esse pugnae.* — accedunt insuper: *accendunt insuper.* — non jam sensim: *non tam sensim.* — tumultu jam metum: *tumultum jam metu.* — Cn. Manli: *cñ manilii.* — velle ne scirem: *velle nescire.* — certum atque decretum est: *certum est atque decretum.* — jurant: *jurent.* — miles semel: excidit *miles.* — Verba *Centurio erat - - - flagitator* omittuntur. — arma capiunt: *arma cupiunt.* — artis sibi: *armato sibi.* — maxime enituit: abest *maxime.* — illa pugna sibi: *illasibi pugna.* —

Cap. LXVI. secum pugnaturos: *pugnatorios secum.* — quoque aliquod: *quoque aliud.* — Nam non alio: abest *Nam.* — multas versantem: *multas versantes.* — Fabius in vulnus: *in vulnus Fabius.* — transiluit: *transiliit* — objectaque parma: *subjectaque parma.* — K. Fabius: *C. Fabius.* — impetraturum: *impetraturum.* — infestis hastis: *infensis hastis.*

Cap. XLVII. Manlius: *manilius*, in sequentibus semper — In quae haud magno: *inde haud magno.* — terunt tempus: *tererent tempus.* — non potuerant: *non potuerunt.* — issent: *essent.* — rapto consulis: *rupto consulis.* — egregia parte: *egregie parta.* — Itaque consul, decernente: *Itaque consuli decernente.* — triumphare possit: deest *triumphare* — pro eximia eo bello opera facile passurum: *eximia opera eo bello, facile passurum*: abest *pro.* — ex parte orba: *ex una*

parte orbs. — curandos dividit: *curando dividit.* — nec hoc ulla: *nec hoc ulla re.* — arte: *parte.* —

Cap. XLVIII. K. Fabius: *C. Fabius.* — delectus: *dilectus.* — inchoata: *incoacta.* — animi plebis: abest *plebis.* — Kaesonis: *caesonis.* — Kaeso missus: *caeso Fabius missus.* — depopulandum transit: *depopulabundum transiit.* — K. Fabius: *caeso Fabius.* — proxime formam: *proxime in formam.* — venerat: *venerant.* — nec perfici: *neque perfici.* — ut ab Aequis: *aut ab aequis.* — Post *quiescentibus* omittitur *aut mox.* — Etruriamque omnem: *etruriamque omn̄.* — gerere in animo est: *agere in animo est.* — curiae, senatus consultum: *curia esc̄.* — discedunt: *descendunt.* —

Cap. XLIX. postero die: *postera die.* — minor numero: *minor innumero* (depravatum hoc ex *minori numero*). — C. Servilius: *g̃ Servilius.* — legiones, ab L. Aemilio: legione (ĸ alias valet *ae*) *L.* (hic parvum est interstitium, quasi vocula quadam omissa) *ĸmilio* (*ab* deest). — invecta subito: *invecta subi.* — Verba „*Cujus impetratae - - - poenituit*" prorsus exulant ex hoc cod. —

Cap. L. Vox *certamen* excidit. — aliquoties: *aliquotiens.* — Veient. visum: *Veient. est visum.* — pavore refugerunt: *pavore fugerunt.* — accidebant: *accedebant.* — et paucitatem: abest *et.* — editum leniter: *editum leviter.* —

Cap. LI. pugnatum est: omittitur *est.* — ad Spei: *ad spem.* — Sp. Servilius: *p. Servilius.* — proximam pugnae: abest *pugnae.* — abstin. acie: *abstinuere aciem.* — pecora tuta: *pecora tuta erant.* — Postero die: *Postera die.* — et hesterna felicitate pugnae: *externa*

felicitas pugnae. — agebat consilia: *agebant consilia.* — exercitusque eius: abest *ejus.* —

Cap. LII. Lascivire: *lasciviere.* — Post *agraria lege* nulla interstinctio. — Considius: *Considius.* — Eum obpresserunt: *eam oppressit.* — haud dum: *haud dudum.* — millia: *milia.* — multam dixerunt: *multam ed rerunt.* — L. Caedicio: *t. caedicio.* — sic tum in suo: *id tum in suo.* — Menenianum: *menenium.* —

Cap. LIII. Veiis captis: *veis captis.* — ad arma currunt: *ad arma currerunt.* — eademque hora: *eadem hora.* — posuerant castra: *posuerant castra.* — perpelli: *perpeti.* —

Cap. LIV. Manlius: *manilius.* et sic in seqq. semper. — Paci externae: *pacis externae.* — Vopiscum Julium: *Opiscum Julium.* — consulem invenio: *invenio consulem.* — jam nunc: *jam tunc.* — ad nutum: *ad votum.* — respexerit patres: *respexerit ad patres.* — esse in republ.: *in r. p. esse.* — C. Marcii: *cn. marcii.* — deinde, quum: *dein cum.* — nihil auxilii: deest *auxilii.* — noxae poenitebat: *noxio poenitebat.* —

Cap. LV. delectus: *dilectus.* — irasci plebes: *irasci plebs.* — aliud nihil: *nihil aliud.* — Publilium: *publium.* — ira Patrum: *ire patrum.* —

Cap. LVI. nec quae una vis: *neque una vis.* — *Appii filium* abest. — haud quisquam: *habuit quisquam:* — prehendi: *prendi.* — sine magistratu: *sine magistro.* — Quinctius, consul alter: *Consul alter, Quintius.* — fore potestate: *potestate fore.* —

Cap. LVII. tantam consularem: *consularem tantam.* — omnia trahunt: *trahant omnia.* — distractam: *districtam* —

Cap. LVIII. Tum primum tributis comitiis creati tribuni sunt: *tum tribuni primum trib. com. creati sunt.* — antea fuerint: *ante fuerint.* — C. Sicinium: *cñ Sicinium.* — Duilium: *duellium.* — Icilium: *ilicium.* — L. Maecilium. Volscum Aequicumque int. sed. Rom. est bellum coortum: L. *mecilium volscum. et quicunque int. sed. Rom. et bellum coortum.* — Aequi provincia: *equi provincia.* — se victum: *quod se victum.* consule obiecto: *consule eiecto.* — perlatam legem esse: abest *esse.* — inpedierint: *impedierunt.* — adhortator op.: *hortator operis.* — vult. demittere: *vultus dimittere.* — trib. plebei: *tribunos plebeios.* —

Cap. LIX. tamen appareret: *tamen apparet.* — concurrunt: *concurrerunt.* — exaudiri: *exaudire.* — prope in portis: abest *prope.* — acies possent: *acies possent.* — haud falso: *haud fuso.* — sorte decimus: *forte decumus.* —

Cap. LX. in Aequis: *in equis.* — Tum duci, tum propter: *cum duci, cum propter.* — Varia fortuna: *Varia tum fortuna.* — vict. suscepti certam: *vict. susceptа certam.* — submovendis: *submovendo.* —

Cap. LXI. tum propter judicium: *cum propter jud.* — sustinenti: *sustinente.* — C. Sicinius: *cñ Sicinius.* — vocatus populi est: *populi est vocatus.* — pro ullo aeque: *pro illoque.* — adnisi sunt: *anni sunt.* — iratae obiici: *iratae obici.* — quo semper agere: *quoque semper agere.* — prodicerent: *producerent.* — quum laudationem: *cum laudat.* —

Cap. LXII. Admirationem: *Ammirationem.* — velut numine: *ut* (quod alias valet *vel*) *numine.* — pro victo relinqueret: *pro victore linqueret.* —

Cap. LXIII. T. Numicius Priscus, A. Virginius consules: *Consules T. Numicius Priscus. A. Verginius.* — latura plebes: *latura plebs.* — prope magna accepta: *prope accepta magna.* — Dum Aequi: *Deinde dum equi.* —

Cap. LXIV. Sollicitae certam: *sollicitae pacis certam.* — quum ducis: *cum ducis.* — concitasset aciem: *concitassent*; abest *aciem.* — putant vincere, vicere: — et Romanos: deest *et.* —

Cap. LXV. et vigiliis: *et in vigiliis.* — Ferocius agunt equites: circumfusi duci: *Ferocius agunt. equites circumfusi ducivociferantur etc.* — ardua: *arduae.* — Restitere primo: *Resistere primo.* — ut in obtinentes: *ut obtinentes.* — nova vi: abest *nova.* —

Varietas lectionis excerpta ex codice LIVII *Helmstadiensi chartaceo, cum editione* DRAKENBORCH. *collato.*

Inscriptio desideratur.

PRAEFATIO.

Sim operae pretium: *operae pretium sim.* — quum veterem: *tum veterem*, a secunda manu *cum vet.* — meo qui nomini officient: *qui nomini officient meo.* — ut quae supra: *et quae supra* — laboris praemium: *laboris prohemium*, a sec. manu *premium.* — *auctores* abest. tam et hoc: *tam et haec.* — Ad illa mihi: *mihi* abest. — quibusque artibus: *quibusve art.* a manu secunda. paullatim disciplina: *disciplina paulatim.* — velut desidentes: *deinde discidentes*, a sec. manu *dissidentes.* —

quod imitere, capias: *quod imitari cupias.* — foedum exitu: *foedum exitum.* — in quam civitatem: abest *civitatem.* — rerum minus: *minus verum.* — certe tantae ordiendae rei: *certae tantae ordiendi rei.* —

EX LIBRO I.

Cap. I. Jam primum: *Jam pridem*, a sec. mann *primum.* — Aenea Antenoreque: *Aeneae et Antenori.* — Pylaemene: *Philemene.* — Alpesque: *et Alpes.* — Trojano: *Troja.* — initia rerum: *rerum initia.* — ducentibus: *et ducentibus.* — inde in sic: *deinde in Sicil.* — Trojae et: *Troja et.* — Ibi egressi: *Ibi postquam egressi sunt.* — Duplex inde: *Duplex exinde.* — quo casu: *a quo casu.* — et domo profugos: abest *et.* — condendaeque urbi: *cond. urbis.* — gentis virique, et animum: *gentis unque* (fort. corrupt. ex *unumque*; a manu sec. *virique*) *animum.* — vel paci: *vel pace.* — Aenean: *Aeneam.* — Oppidum condunt. Aeneas: *Oppidum condens Aeneas.* —

Cap. II. Rutulorum: *Rutillorum.* — Victi Rutuli: *Rutilique* — tutum esset: *tutum esse.* — Nec deinde: *Nec inde.* — opibus Etruria erat: *erat opibus Etruria.* — ut jam non terras: abest *jam.* — nominis sui: *sui nominis.* — tamen cum: *tum cum.* — eduxit: *dedutit.* — Aeneae etiam. *Aeneaeque.* — super Num: abest *super.* —

Cap. III. Haud nihil ambigam: abest *nihil.* — hicine: *hicne.* — Creusa matre: *qui ex Creusa matre.* — certe natum: *natum certe* — ut tum res er, — *tum ut res er.* — ab situ: *a situ.* — adpellata: *appellata est.* — opes creverant: *opes Laviniae creverant.* — ne mortem quidem: *non mortem quidem.* — muliebrem tutelam: *tutelam muliebrem.* — in silvis natus: *in silvis ortus.* — aliquot deductae: *deductae aliquot.* — regnarunt: *regnaverunt.* — *Alba Atis, Ati Capis, Capi Capetus.* —

G. G. Bredow

Professoris Historiarum Helmstadiensis

in

Ciceronis, Sophoclis, Plutarchi aliquot locos Criticae Observationes.

S o c i i s

Societatis Latinae Jenensis

Socius S. P. D.

Saepius quidem in scriptoribus antiquis legendis, praesertim quum in scholis aut Academiis interpretamur, accidit, ut in novas interpretationes aut conjecturas incidamus: neque tamen nobis neque litteris consulemus, si, quodcunque in mentem venerit, praepropere in vulgus edimus. Multa enim, quae primo impetu animi verissima videbantur, si animo collecto repetieris, speciem novitatis exuerunt, et mox vana atque falsa apparent. Quo periculo doctus tentamina tantum nonnulla, quae et repetita lectione probata mihi sunt, Vobis tradere ausus sum.

Inter omnes fere *Ciceronis* orationes secunda contra Rullum summa cum arte mihi composita esse videtur, ut in eum populi invidiam excitaret, qui idem populi commodis consulere videbatur. Multa autem loca et obscuritate rerum et negligentia librariorum tantis difficultatibus implicata sunt, ut Ernesti quidem ingenium non sufficeret, qui, ut vere dicam, in edendo Cicerone, cui famam elegantis orationis latinae debebat, ne grati quidem animi diligentiam adhibui

Cicero contra Rullum, II, c. 11.

Cap. II. „Majores de omnibus magistratibus bis „Vos sententiam ferre voluerunt. Nam cum cen„turiata lex censoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magistratibus; tum iterum de eisdem „judicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si po„pulum beneficii sui poeniteret. Nunc, quia prima „illa comitia tenetis, centuriata et tributa; curiata „tantum auspiciorum causâ remanserunt. Hic au„tem tribunus plebis, quia videbat, potestatem ne„minem injussu populi aut plebis posse habere, cu„riatis *eam* (vulgo *ea*) comitiis, quae vos non sinitis, „confirmavit; tributa, quae vestra erant, sustulit.“

Hic est locus iste *obscurissimus*, de quo tantae contentiones ortae inter Sigonium et Gruchium, ut non uno libro suas sententias tueri firmareque studuerint. — Ita Graevius; non ego: omnia clara mihi videntur, quamquam de hac vetere comitiorum lege apud antiquos scriptores nihil legitur, ceteraque comitiorum habendorum ratio luce caret. Cicero enim enarrat mores majorum in magistratibus creandis, ac ita exposite, ut plures civium eos ignorasse videantur, quod facile fieri potuit, cum illo tempore multa jam secula exoleverant.

Verba Ciceronis paullulum fusius repetens aptissime explicare mihi videor.

Majores de omnibus magistratibus, tum patriciis, tum plebejis, bis sententias ferri voluerunt. Nam illis antiquissimis temporibus censores creabantur lege, comitiis centuriatis lata; ceteri patricii magistratus, consules, quaestores, et sequenti tempore praetores aedilesque curules, lege, curiatis lata comitiis: — haec enim duo genera comitiorum usque ad an-

num 262 a. U. sola erant. — Ut vero, si populum beneficii sui poeniteret, potestas esset reprehendendi, iterum de creatis judicabatur; iterum comitia, vel centuriata vel curiata, habebantur, in quibus de censoribus, consulibus ceterisque magistratibus creatis iterum sententiae ferebantur; quibus secundis comitiis si candidatus populo non probatus erat, magistratum non adeptus est. Nunc vero res mutata est: tribuni plebis comitia *tributa* instituerunt, et quamquam initio magistratus minores solum his creabantur, quodque tribubus placuerat *non* lex sed plebiscitum appellabatur; mox tamen plebes, cujus potentia in tributis comitiis, ubi viritim sententias ferebant, summa erat, tantum non omnes res publicas in comitia tributa redegit. — Nunc igitur, quum omnium prima et maxima centuriata et curiata habetis comitia, cum his solis magistratus creantur, nec iterum de semel creatis judicatur: tantum ad usurpationem vetustatis illa comitia obsoleta *curiarum* retinuistis, ne ulla res divina omitteretur. — Magistratibus enim creatis pro triginta curiis triginta lictores conveniebant, non autem reprehendendi aut confirmandi causa, sed ut auspicia haberentur. Paucae modo res comitiis curiatis decernebatur, in quibus maxima, ne quis sine lege curiata rem militarem attingeret aut equum ascenderet. — Hic autem tribunus plebis, quia videbat, potestatem neminem injussu populi (sine centuriata lege) aut plebis (aut tributa) posse habere; *curiatis* eam (potestatem) comitiis, quae vos non sinitis, confirmavit; *tributa*, quae vestra erant, sustulit.

Ea, quod pro *eam* legitur, errorem librariorum esse, nemo non videt: *quae vos non sinitis*, sunt comitia curiata, opposita tributis, *quae vestra erant*.

Quaenam restat obscuritas? At conferas conjecturarum et interpretationum immensam copiam! Ita saepe docti, collapsum erigere studentes, alius alio supercorruunt. Caveamus, ne primi lapsemus; qui sequitur, collabitur.

Cic. c. Rull. II. cap. 12. Difficilior mihi locus capitis sequentis videtur, a doctis quidem non praetermissus, neque vero explicatus aut sanatus.

Cap. 12: „At videte, quam diligenter retineat „jus tribuniciae potestatis. Consulibus legem curiatam „ferentibus, a tribunis plebis saepe est intercessum. „Neque tamen nos id querimur, esse hanc tribu„norum plebis potestatem. Tantummodo si quis ea „potestate temere est usus, *existimamus.*"

Lambinus: censemus, *κρίνομεν*. Alii verbum reprehendendi excidisse aut *exaestuamus* legendum esse arbitrantur. Forsitan vero Cicero non sine consilio verbum generale et medium elegit ne apud plebem tribuniciam potestatem arguere videretur.

„Hic tribunus plebis lege curiata, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem."

Rullus enim, tribunus pl. tertio capite legis jusserat legem curiatam de decemviris creandis ferri; quarto vero permisit, ut sine lege curiata, etiamsi intercessum esset, idem juris haberent, quod haberent, si optima lege a populo essent creati. Quamquam Rullus hoc modo in decemviris creandis permisisse videtur, Cicero tamen callide in omnes leges curiatis interpretatur, tanquam in his omnis intercedendi potestas a Rullo sublata sit.

„Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod „per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur; „tum in eo deridendum, *quod consuli*, si legem cu„riatam non habet, attingere rem militarem non licet; „*huic, cui vetat intercedendi potestatem*, etiamsi inter„cessum sit, tamen eandem constituit, quam si lata „esset lex: ut non intelligam, quare aut hic vetet „intercedere, aut quemquam intercessurum putet, „cum intercessio stultitiam intercessoris significatura „sit, non rem impeditura.“

Nullus vidit conjunctionem verborum: quemnam *huic* respicit? — Qui legunt: *hic, qui vetat intercedere*, sensum viderunt, temere autem verba mutarunt. In omnibus enim antiquis codicibus scriptum est: *huic cui intercedendi*; neque nexus verborum clarior factus est. Ita enim locum intelligi volunt: in eo deridendum est, quod consuli *quidem* ad exercitum urbe exire non licet, sine lege curiata; *quod vero* (quod, a Cicerone non scriptum, animo repetendum addendumque esset) hic tribunus pl. primum vetat intercedere, tum, etiamsi intercessum sit, tamen eandem potestatem constituit, quam si perlata esset lex.

Eundem fere sensum, faciliore autem et, nisi fallor, aptiore mutatione habebis, si mecum legis:

„tum in eo deridendum, quod, *cum* consuli, si „legem curiatam non habet, attingere rem militarem „non licet, huic“ (sc. consuli) „cui vetat *intercedi* „potestatem, etiamsi intercessum sit, tamen eandem „constituit, quam si lata esset lex.“

Cum a prima syllaba sequentis nominis *consulis* absorptum est; *intercedi* vero, cum *potestatem* sequitur, et modo scriptum erat *intercedendi potestatem*, a librario facillime in easdem litteras *intercedendi potestatem* corruptum est.

Sophoclis Electra v. 823 - 47. In *Sophoclis Electra* v. 821 edit. Brunkii haec verba:

ὡς χάρις μὲν ἦν θάνω,
λύπη θ', ἐὰν ζῶ· τοῦ βίου δ' οὐδεὶς πόθος.

concinne orationem Electrae finiunt, nec ullus, sequentes versus lyricos sine nota personarum legens, verba Electrae esse censeret, cui Brunkius tribuit. Sunt verba Chori, qui prius Deorum praesenti potentia Electram consolatus, nunc miseria ejus gravissime afflictus, de Jovis Phoebique cura praesenti dubitare incipit, dum Electra, luctu torpens fereque non sua, in remotiores partes scenae recedit.

Χόρος. Ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διός, ἢ
ποῦ Φαέθων Ἅλιος,
εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες
κρύπτουσιν ἔκηλοι;

Ἠλεκτρα, lacrymans alta voce:

Ἔ! ἔ! αἴ! αἴ!

Χόρος. Electram accedens:

Ὦ παῖ, τί δακρύεις;

Ηλ. Φεῦ!

Χορ. Μηδὲν μέγ' ἀΰσῃς!

Ηλ. Ἀπολεῖς.

Χορ. Πῶς;

Ηλ. Εἰ τῶν φανερῶς οἰχομένων εἰς
Ἀΐδαν ἐλπὶδ' ὑποΐσεις, κατ' ἐμοῦ
Ταχομένας μᾶλλον ἐκβάσει.

Antistrophe.

Χο. Οἶδα γὰρ ἄνακτ' Ἀμφιάρεων
χρυσοδέτοις ἕρκεσι
κρυφθέντα γυναικῶν·
καὶ νῦν ὑπὸ γαίας —
Ηλ. Ἔ! ἔ! ἰώ!
Χο. Πάμψυχος ἀνάσσει.
Ηλ. Φεῦ!
Χο. Φεῦ δῆτ'! ὀλοὰ γὰρ ἐδάμη.
Ηλ. Ναί. οἶδ', οἶδ'· ἐφάνη γὰρ μελέτωρ ἀμ-
φὶ τὸν ἐν πένθει· ἐμοὶ δ' οὔ τις ἔτ' ἔσθ'·
ὃς γὰρ ἔτ' ἦν, φροῦδος ἀναρπασθείς.

Strophe.

Chor. Wo doch sind die Leuchtungen des Zeus?
Wo Apollons flammender Strahl?
Wenn dies, anschauend,
Sie bergen in Schweigen.
Elektra. Ach, wehe! wehe!
Chor. O Kind, was wehklagst du?
Elektra. Fluch! Fluch!
Chor. Nicht schilt die Ewigen.
Elektra. Du ermordest mich!
Chor. Wie?
Elektra. Wenn ihrer, ach sicher in Aïs Graun
Hingeschwundenen du mir Hofnung regst,
Und mein noch der Vergehenden höhnst.

Gegenstrophe.

Chor. Kenn' ich Amphiareos doch auch,
Durch die goldgewundenen Schlingen
Umhüllt der Gattin:
Und jetzo im Aïs —
Elektra. Ach, wehe! wehe!

Chor. Ein ewger Geist herschet.
Elektra. Fluch! Fluch!
Chor. Ja, Fluch der Elenden!
Doch sie fiel gestraft.
Elektra. Ja, ich weifs, ich weifs: rächend erschien der Sohn
Des Beweineten: aber wer ist mir?
Er der war, ist mir hingeraft.

Scholion, quod versui 830 adscriptum est: μηδὲν ἀπρεπὲς εἰς τοὺς θεοὺς εἶπῃς, recte verba explicat. In his autem non est, quod illas de deorum providentia dubitationes Electrae tribuas: si ad has referenda essent, Sophocles statim post querelam Electrae posuisset. Chorus vero, Electram adspiciens desperatissimam, quamquam ipse quidem dubitans, adhortatur, ut sibi caveat ab ira deorum; ne verbo nimis elato coelestes offendat: curam enim dii hominum habent, neque tui obliviscuntur. — At Electra respondit irata: necabis me vanis tuis consolationibus.

V. 837. ἕρκεα inepte *monilia* vertuntur, sunt septa, *retia*, inde *fraudes*, et χρυσόδετα, nexa auro, i. e. fraus quam Eriphyle, uxor Amphiarai, aureis monilibus corrupta, in maritum struxit, quaque Amphiaraus deceptus in bellum Thebanum procedens, *u terra absconditur*: κρύπτεται, quod verbum h. l. aptissimum, quia cum curru et equis in abyssum demersus est; dicitur autem et mollius pro mori, Hesiod. Opp. et D. 136:

— — — τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε.

Quibus Brunkii lectio. γυναικῶν confirmatur, cui in codd. adscriptum est ἀκατάλ. Plerique

γυναικῶν glossam arbitrantes ejecerunt: rectius vidit Brunkius; ipsa enim forma pluralis poetam, ut Tertulliani verbo utar, indigitat: Grammaticus γυναικὸς adscripsisset.

V. 843 et sequ. in vulgatis ita eduntur:

Chorus. ὀλοὰ γάρ.
Electra. ἐδάμη.
Chorus. Ναι!
Electra. οἰοῖ, οἰοῖ.

Quod vero Electra, consolationem Chori inanem refutatura, omnem illam narrationem interrumpit: Scio, scio, illam esse punitam: scio vindicem venisse, qui mihi — nullus est; nam qui erat, vi abreptus evanuit: — hoc responso clare ostendit, se antea nihil narrasse, illam narrationem vero totam Choro adscribendam esse eoque modo conjungendam, qua scripsi.

Haec est *Plutarchi* praefatio in vitam Theseï: *Plutarch. Thes. c. 1.*

Quemadmodum in terrarum orbe enarrando scriptores ignotas sibi partes extremis tabulis intrudunt, adscribentes: ultra sunt littora aquis destituta et feris obsessa, aut coenum tenebris obductum, aut Scythicum gelu, aut mare concretum: sic ego, ubi in scribendis Graecorum Latinorumque sibi respondentibus invicem vitis, per id tempus, quod verisimilem orationem historiamque constantem rerum gestarum admittit, transitu facto ad antiquiora illa pervenissem; haud absurde dicere poteram: quae ultra, monstrosa et tragice ficta, poetae fabularumque conditores sibi sumunt, neque fidem ea perspi-

cuitatemque recipiunt. „Tum sequuntur haec verba et sic distincta:

Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ Λυκούργου τοῦ νομοθέτου, καὶ Νομᾶ τοῦ βασιλέως λόγον ἐκδόντες, ἐδοκοῦμεν οὐκ ἂν ἀλογως τῷ Ῥωμύλῳ προσαναβῆναι, πλησίον τῶν χρόνων αὐτοῦ τῇ ἱστορίᾳ γεγονότες. Σκοποῦντι δέ μοι,

— τοιῷδε φωτὶ (κατ' Αἰσχύλον) τίς ξυμβήσεται; τίν' ἀντιτάξω τῷδε; τίς Φερέγγυος;

ἐφαίνετο τὸν τῶν παλαιῶν καὶ ἀοιδίμων οἰκιστὴν Ἀθηνῶν ἀντιστῆσαι καὶ παραβαλεῖν τῷ κτιστῇ τῆς ἀνικήτου καὶ μεγαλοδόξου Ῥώμης.

H. Stephanus aut legendum censet ἐξέδομεν, aut ἐπεὶ explicandum esse ἀλλά. Neutrum verum tangit: illa mutatio sensum Plutarchi turbaret; hoc ne Graecum quidem esse arbitror. Plutarchus enim dicit: „Quum vero Lycurgi et Numae vitis enarratis haud absurde *Romuli* vitam repetere viderer, propinquitate temporum admonitus; (Romulus autem ad verisimilem orationem veramque historiam pertinet): mihi circumspicienti, *Illi* quem opponerem, placuit, pulcherrum illustriumque Athenarum conditorem cum invictae ac gloriosae urbis Romanae parentem conferre, quamquam Thesei historia, fabulis mixta, in illis monstrosis tragicisque contenta est."

Hunc unice verum sensum interpunctione tantum mutata habemus: post γεγονότες pone distinctionem minorem, et a σκοποῦντι δέ μοι incipe apodosin. In apodosi vero Atticos δὲ ponere, docent exempla plurima: Demosth. or. Lept. pag. 297 ed. Wolfii; Isocrat. Paneg. c. 27; Aristot. Rhet. I. c. 1. §. 11. cum notis Vateri; c. 4. §. 2 et 3, et alias. Ἐπεὶ δὲ vero numquam sine apodosi dici potest: exemplis probare immensum esset; quaevis pagina te docebit.

Quem vero locum H. Stephanus affert e Timoleontis vita c. 4. Ἔπειδ' οἱ Κορίνθιοι δεδιότες, μὴ πάθοιεν, οἷα καὶ πρότερον, ὑπὸ τῶν συμμάχων ἀποβαλόντες τὴν πόλιν, ἐψηφίσαντο τρέφειν ξένους τετρακοσίους· καὶ τούτων ἄρχοντα Τιμοφάνην καθέστησαν: contra ipsum pugnat; καὶ incipit apodosin et vertendum est *etiam*: nam saepius jam a Corinthiis dux exercituum creatus erat. Haec interpretatio praeponenda videtur facili mutationi ἔπειθ', *tum, dein*, pro ἔπειδ'. Ἔπειδ sine δὲ dicitur sine apodosi, et est aut *quia, nam*, aut rarius, *postea*. *Plut. Timol. 4.*

Ἄλλως τε eodem sensu Attici dicunt, quo ἄλλως τε καί, praesertim. Luciani Nigrinus §. 6: οὐδὲ καταφρονεῖν οἶμαι δέμις, ἄλλως τε εἰ φίλος εἴη; — de morte Peregrini §. 30. Ἄλλως τε ὁ Ἡρακλῆς αὐτὸ ἔδρασε, praeterea etiam Hercules idem fecit; — de mercede conduct. §. 9. — Isocrat. ad Nicod.: ἄλλως τε ἐπειδὴ ἀμφισβητοῦσιν, praesertim quum dissentiant. — Igitur neque in Timoleontis vita c. 7. ἄλλως τε καὶ ex uno codice legendum, neque in Themistoclis c. 31 cum Reiskio inserendum, neque in Xenophontis Memorabilibus I. c. 2. §. 59. Ernestii conjectura ἄλλως τε πᾶν pro ἄλλως τ' ἂν admittenda est. *Plut. Timol. 7.*

Verba extrema capitis 13 in vita Timoleontis: Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς περὶ Διωνος ἀκριβῶς γέγραπται, Glossatoris sunt: neque enim in vita Dionis neque uspiam in alio loco vitarum Plutarchi de contumeliosa nece filiarum sororisque Dionysii ne ullum quidem verbum legitur. *Dionysii* autem pro *Dionis* conjicere non licet, quum nusquam, neque in Timoleontis neque Dionis vita, quamquam saepius *Timol. c. 13.*

et prolixius de tyranni factis et sermonibus narrat, ullum indicium vitae Dionysii occurrit, — *Similia* autem narrantur in Dionis vita cap. extr., non vero de Dionysii, sed de Dionis filiabus sororeque: qua similitudine librarius deceptus, huic capiti illa verba temere adscripsit.

Dion. c. 58. Rursus in vita Dionis extrema haec verba addita sunt: *περὶ ὧν ἐν τῷ Τιμολέοντος βίῳ καθ' ἕκαστα γέγραπται.* Occisionem quidem filiarum Icetis in vita Timoleontis narrat, non vero *καθ' ἕκαστα*; sed tot fere verbis, quibus in Dionis vita repetit; et in illo loco Timoleontis c. 33. de nece uxoris Dionis addit: *περὶ ὧν ἐν τῷ Δίωνος γέγραπται βίῳ*, et haec illic scripta leguntur. Igitur illa verba extrema Dionis spuria mihi esse videntur, nisi quis Plutarchum in scriptis iterum examinandis altero loco alterum citasse, aut in more habuisse, vitas quas scribere in animo erat, tanquam scriptas laudare, conciperet conjecturam, quam probandam ego quidem non susciperem.

Has minutias, grati quidem animi signa, amice accipiatis aut corrigatis. Nam si societatum doctarum non inane est nomen; id tamen commodi habeant necesse est, ut nova amice examinentur; si quid humani acciderit, corrigatur; vera autem studiosius accipiantur et celerius divulgentur.

Has grates, socii, petimusque damusque vicissim.

Vtiniae
d. XXmo Maji 1803.

G. G. Bredow.

Carmen saeculare

supremo saeculi XVIII die dictum

Frider. Roth, D.

Carmen saeculare

supremo saeculi XVIII die dictum.

A.

Iam cursus emensa suos, defuncta labore,
Temporis aeterni oceano submergitur aetas
Prodigiis dives, rerum sub pondere anhelans.
Diversa adparet facies; hinc luce benigna,
(Prima diu optatam dedit hanc mortalibus aegris)
Virtutisque nitens lato, vitaeque colore;
Signa rubent illic vastae lugubria cladis,
Et scelerum nova turba extremorumque malorum,
Pestiferaeque faces exardent ore cruento.

B.

Egregios flores, messesque et dulcia mella
Aetna gravis terris fallaci vertice monstrat;
Intus flamma furit; secreto viscere longos
Materies leti coquitur crescitque per annos;
Dumque metus populis nullus, dum classica nusquam

Dira fremunt, grata solvuntur cuncta quiete,
Securi plenis celebrant convivia mensis,
Surgit atrox bellum, adventat velocior Euro
Pernicies horrenda, liquorem mons parit atrum,
Igneus exiliens in agros devolvitur amnis,
Ille homines pecudesque et priscas obruit urbes.

A.

Pascebant leni populos nil triste timentes
Imperio reges, auresque animique patebant
Consilio recto; tum cunctis dulcia terris
Otia, tum clausi ridebant ostia Iani.
Unus erat, curas animis depellere, morbos
Corporibus, labor, et divinas culta per artes
Vita, velut rivus, nullo turbante fluebat.
Ecce furens iterum Zephyris adflantibus instat,
Mox toto spargit flammas discordia mundo;
Una casas haurit, regum turresque, ruina.

B.

Nunquam defessus donec sol praeerit orbi,
Sidera dum firma naturae lege meabunt,
Nulla quies hominum generi, pigrosque nepotes,
Qui pigros agitaret avos, labor improbus urget.
Fata vetant somnis illabi ignobilis otî,
Fata creant rerûm seriem, cui finis ademtus.
Ni facerent, animos et corpora foedus haberet
Torpor, et ingenitae vires hac tabe perirent.
Turbat aquas Aquilo, magnos in gurgite fluctus
Concitat, ignavas teneant ne stagna paludes.

A.

Amni mortifero quis tandem terminus obstat?
An gravior cursu veniens quoque polluet aevum?
Seu tu, qui suaves reddis post fulmina soles,
Qui tristes campos animas et floribus ornas,
Summe parens, populos recreabis vere perenni?

B.

Dicamus bona verba: veni, felicior aetas,
Ut scelere et longa solvas formidine terram;
At tibi si primos reliqua instant monstra sub ortus,
Et saniem effundunt in te, dirumque venenum,
Viribus Herculeis immanes opprime pestes.

A.

Iam surgit, non illa nigro perfusa cruore,
Sed placidis pacis radiis aurora renidens;
Ex elementorum prodit certamine victrix
Optima cunctarum genitrix concordia rerum.

B.

Quae mala succisis radicibus illa peremit
Aetas, haec nulla terris aetate resurgent;
Quae bona tot peperit pugnis et sanguine tanto,
Non adimet mundi collabens machina nobis.

A. et B.

Ne tamen haec olim redeant crudelia fata,
Nos labor egregius veniente exerceat aevo

Sumat ut imperium tandem, et sibi vindicet orbem,
Subiiciens pedibus fortunam, regia virtus.

Tubingae
prid. Kal. Ian.

D. Frid. Roth.

Carmen

Diogenis Laërtii de Eudoxo

Lib. VIII fin. metro suo restitutum

a

G. F. Grotefend,

Prorectore Gymnasii Francofurtensis ad Moenum.

C a r m e n

Diogenis Laërtii de Vitis

Lib. VIII Rat. modo suo restitutum

C. F. C[illegible]

Prave de Germanii Turcarumque [illegible]

Carmen

Diogenis Laërtii de Eudoxo

Lib. VIII fin. metro suo restitutum.

Hoc Diogenis carmen, in Anthologia Graeca (Francof. a. 1600.) Lib. I. c. 37. ep. 23. a Planude in hexametros omnibus numeris destitutos mutatum, ita legitur:

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὔδοξον Ἀπιδος τοῦ καλλικέρω παρὰ ταύρου.
Κοὐδὲν ἔλεξε· (πόθεν; βοὶ γὰρ λόγον οὐ πόρε Φύτλη,
Οὐδὲ λάλον μόσχῳ Ἀπιδι σόμα), ἀλλὰ παρ' αὐτὸν
Λέχρια κεῖνος στὰς, προφανῶς ἐλιχμήσατο λώπην·
Δηλῶν ὡς ἀποδύσει δὴ βιοτὴν ὅσον οὔπω.
Καὶ δὴ οἱ ταχέως ἐπαλίλυθεν αὐτίκα πότμος,
Ἡλίους δεκάκις πέντ' ἠδὲ τρεῖς ἐφιδόντι.

Pro Ἄπιδος, cujus prima syllaba falso correpta est, Vincentius Obsopoeus Κνίδιον legit. Sed restat, ut rhythmica vitia taceam, vox ἡελίους, quae pro ἔτη usurpata videri possit, quae tamen, teste Brodaeo et Salmasio, apud poëtas *dies* potius designat,

quam *annos*, ut *Sol* apud Latinos. Schol. Ἡελίους ἀντὶ τοῦ ἡμέρας· λαμβάνεται γὰρ ἥλιος ἀντὶ τοῦ ἡμέρα.

In Cod. Vatic. p. 325. hoc carmen Crinagorae attributum, et ita corruptum est, ut ex hexametris atque pentametris constare videretur.

Κριναγόρου.

εἰς Εὔδοξον τὸν Κνίδιον συγγραφέα περὶ τῆς
ἰδίης ζωῆς μαντευσάμενον ἐν Αἰγύπτῳ,
καὶ ΗΓ ἔτι (ΝΓ ἔτη?) ἐπέζησεν.

(Rectius forsan: καὶ ἦν ἔτι ἐπέζησεν)

Ἐν Μέμφει λόγος ἐσὶ μαθεῖν ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύρου.
Κουδὲν ἔλεξε. πόθεν; βοὶ γὰρ λόγον οὐ πόρε Φύτλη,
Οὐδὲ λάλον μόσχῳ Ἄπιδι σόμα.
Ἀλλὰ παρ' αὐτὸν λέχριος ἐς ἐλιχμήσατο σῶλον,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων ἀποδύσῃ βιοτήν
Ὅσσον οὔπω. Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος (δή)
Δεκάκις πέντε καὶ τρεῖς εἰσιδόντα παῖδας.

Haud dubie ille, qui carmen Diogenis ita transcripsit, ne nimium mutaret, anapaestos pro dactylis cit. ponendos putavit. Caeterum, ut alia omittam, ἐλιχμήσατο pro ἐλιχμήσατο, ἀποδύσῃ pro ἀποδύσει Iotacismo debentur. Ad vocem παῖδας Salmasius Exerc. Plin. p. 313. annotat: „Anni vo„cantur παῖδες scil. saeculi. In Cleobuli seu Cleo„bulinae aenigmate (v. Brunck. Anal. T. I. p. 76) „menses dicuntur παῖδες anni." Equidem παῖδας rursum *dies* designare puto, ut supra ἡελίους, ob aenigma, quod exstat in Huschke Analect. p. 307. N. LXXV. At quidquid sit, quod monachus iste

somniaverit, utraque dicendi ratiopariter est inepta. Vaticani codicis lectiones Huschke proposuit in Analectis criticis, p. 214. de quibus jam repetam, quae censor quidam monuit: „Neue Bibliothek der sch. „W. u. d. fr. K. Band LXIV. St. 2. S. 212."

„Ein Epigramm des Crinagoras oder vielmehr „des Diogenes von Laërte, wie der Vf. aus diesem „Schriftsteller zeigt, auf den Eudoxus ist hier S. „214 aus der Vaticanischen Handschrift, aber sehr „verdorben, und so, daſs nicht einmahl das Vers„maaſs deutlich ist, abgedruckt und damit die Pla„nudeische Umarbeitung in Hexameter verglichen „worden. Uns scheint noch immer in dem Epi„gramm, wie es in der Vaticana lautet, das elegi„sche Sylbenmaaſs durchzuschimmern, und wir „wollen hier einen noch rohen Versuch, dessen Feh„ler leicht ein anderer ausbessern wird (!!), es aus „beiden, den Vaticanischen und den Planudeischen, „Lesarten herzustellen, mittheilen:"

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλικέρω Ἄπιδος.
Κοὐδὲν ἔλεξε. Πόθεν; Βοῖ γὰρ λόγον οὐ πόρε φύτλη,
Οὐδὲ λάλον μόσχῳ ἥδ' ἀπέδωκε στόμα,
Ἀλλὰ παρ' αὐτὸν λέχρια στὰς λιχμήσατο λώπην,
Δηλῶν τοῦτο σαφῶς, ὡς ἀπολεῖ βιοτόν
Ὅσσον οὔπω. Διὸ ταχέως ἐπιλήλυθε πότμον,
Ἠελίους δεκάκις πέντ' ἐπὶ τρεῖς ἐσιδών.

Huic quoque metro versuumque generi, ut cum viro prudente Huschke loquar, nihil sani inesse, qui in hac eruditionis parte non prorsus sunt hospites, facile animadvertent. Praeterea sciant eruditi,

ne ex inepto carmine ineptius concinnent, non solum disjecta hujus carminis membra inveniri apud Diogenem Laërtium Lib. VIII fin. de Eudoxo quemadmodum Huschke notavit, sed istud verum esse carmen a Diogene ipso confectum, dicente: ἔστι δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον. Mirandum autem, quod in Diogenis Laërtii editione, quam Henricus Stephanus curavit, pro Diogenis epigrammate vero in Eudoxum Planudis corrupti hexametri sint editi.

Salmasius in Exercit. Plin. p. 313. scripturam antiquam in scriptis codicibus Diogenis repertam, paucis admodum mutatis, in hunc ordinem se redegisse affirmat:

Ἐνὶ Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίαν πρόσθε μοῖραν
Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύροιο, κοὐδὲν γ' ἔλεξε.
Πόθεν; οὐ γὰρ βοὶ φωνὴ, φύσις οὐ δῶκε μόσχῳ
Ἄπιδι στόμ', ἀλλὰ
Παρὰ δ' αὐτῷ λέχριος στὰς ἐλίχμησε τὸ λῶπος,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν ὅσσον οὔπω.
Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος δὴ δεκάκις πέντε καὶ τρεῖς
Εἰσιδόντι παῖδας.

Ita carmen est tetrastrophon tricolon sive triplicis metri; nimirum ionicorum a minore vel pentametrorum vel tetrametrorum catalecticorum et unius ityphallici. At carmina jonica a minore, quae tetrametris longiora sint, apud Graecos et Romanos non inveniri, recte monuit Santenius in consilium aliquando adhibitus ab Huschke (Analect. crit. pag. 214—218). Recte idem addidit, nunquam his io-

nicis ityphallicum subjungi, ejusmodi vero catalecticos non antibacchis, sed fere anapaesto formari. Versus autem istius carminis sunt ionici a minore tetrametri catalectici sive potius galliambici, in quibus, ut Hephaestion docet pag. 39 sq. ed. Turneb. ionicus etiam in paeonem tertium vel palimbacchium et dipodiam trochaicam mutari potest. Nam si posterius metrum in trochaicam dipodiam sive epitritum secundum abit, prius e paeone tertio vel palimbacchio constet, necesse est. Versus incisione quadam post alterum metrum in duo cola dividuntur, ut numeri eorum sint hi:



sive numeris mutatis:



Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ προμηθοῦς τὴν ἰδίην
Εὔδοξόν ποτε μοῖραν παρὰ τοῦ καλλικέρω
Ταύρου. Κουδὲν ἔλαξεν· βοὶ γὰρ πόθεν λόγος;
Φύσις οὐκ ἔδωκε μόσχῳ λαίλον Ἄπιδι σῶμα.
Παρὰ δ' αὐτὸν λέχριος τὰς ἐλιχμήσατο σελήνη,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν
Ὅσον οὔπω. Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος,
Δεκάκις πέντε γ' ἐπὶ τρεῖς ἐσιδόντι πλειάδας.

Ita ne unum quidem verbum mutatum est.

Addam, illustrationis caussa, versionem germanicam, quae restitutis numeris plane respondeat:

Wie der Ruf sagt, hat in Memphis sich Eudoxus schon voraus
Von dem schöngehörnten Apis sein Geschick einmahl erforscht.
Nichts sprach dieser: denn wollte hat einen Sprachlaut so ein Stier?
Die Natur gab einem Kalbe keinen Sprachfähigen Mund.
Ihm genaht stand er zur Seite, da belecht er sein Gewand;
Ganz deutlich gab er dadurch zu erkennen, dafs er bald
Von dem Leben würd entkleidet. Drum entriss ihn auch der Tod,
Als er kaum noch die Plejaden drey und funfzigmahl gesehn.

Friderici Augusti Bode

Philos. Doctoris

de

summa poëseos perfectione in dramate Graecorum exhibita

Disputatio.

Friderici Augusti Bode

Philos. Doctoris

de

summa poëseos perfectione in dramate Graecorum exhibita

Disputatio.

De summa poëseos perfectione in dramate Graecorum exhibita.

Inesse homini majorem quandam longe a brutis disparatam indolem, cui excolendae unice operam dare summa sit voluptas, nemo dubitabit, nisi qui se animo et corpore constare ignoret, vel corporis imperio, animi servitio potius utatur. Ille autem prae aliis expetendus finis poesi est et philosophiae, ut et singuli homines illis studiis dediti, et totae gentes ad ea adspirantes, ad summum perfectionis humanae modum et normam perveniant. Quod cum desideremus apud Aegyptios, Graeci consecuti sunt praeclarissime, omnibus seculis jure admirandi iis, qui veram rerum humanarum rationem perspexerunt. Nam quod alii populi aut intactum aut imperfectum reliquerant, Graeci aut invenerunt primi, aut inchoatum absolverunt, atque in his summam poesis, id est dramatis, conformationem a parvis incrementis, ubi aliae gentes subsistebant, ad maturitatem perduxerunt. Hujus rei caussas tum ex hominis natura

ratiocinando, tum ex historia narrando assequi hac disputatione conabimur.

Ex Διος αρχωμεσθα.

Ut in omni natura praeter deum nec esse nec cogitari quidquam potest, sed omnia ad eundem referri necesse est, et minutissima quaeque mundi pars divinam originem tuetur: ita pars numinis divini est homo, quo nomine omnis de se ipso et universo rerum connexu cogitatio continetur et absolvitur. Atque in ea re vel verissima hominis natura posita est, et quasi aeterna nos necessitas cogit, ut semper eandem dei notionem persequentes, et a deo ad nos indeque ad rerum elementa descendentes, maximis minimis investigatis, neque nostra quidem natura excussa, ad finem perveniamus. Sed in orbem quasi circumacti eodem reducimur, unde egressi sumus, et quamvis Danaidum labores, ut ita dicam, exantlantes, tamen nihil exsudamus. Quaerenti autem mundus in duas dividitur partes, materiam et mentem, ita ut sive in animi nostri recessus descendas, sive corpus humanum perscruteris, eadem lex ubivis obtineat. Omnes igitur quamquam minutias captare videmur, tamen natura nos tales esse voluit, cujus intra fines vivere, summa laus hominibus merito habetur. Cujus rei nunquam oblivisci par est, cum praesertim summa religio nos doceat, quantum in hoc descendamus, tantum eodem sublimes nos ferri. Iam duae inprimis animi coniunctae vires, intellectus et imaginatio, per se quidem artissime conjunctae, at mente disjunctae, et plane contrariae. Ratio utrasque conjungit; imaginatio format imagines, intellectus notiones; altera magis formam, rem magis altera spectat; altera naturae similis videri vult, at sedulo

fugit fieri, altera commenta sua ad res transferre studet, atque hoc conatu constat. Utraque lingua interprete utitur, quamquam imaginationi aliis modis exprimere imagines liceat, forma, colore, sono. Quod studium artis nomine appellamus, quae ut diversis modis exercetur, ita diversa nomina habet. Lingua optime exhibetur ars, quam poesin sensu strictiori vocamus. Lingua autem, quae suadente vel urgente necessitate inveniebatur, mox imaginationis libertate aucta et ornata ita temperatur, ut ea ministra deum adeo fingere possimus. Intellectus item ea potitur, ut deum animo construat. Quamobrem recte dicemus philosophiam tanquam animi sobolem coelum petere, poesin imaginatione prognatam coelum ad terram deducere. Quanquam constanter illud tenendum est, totum universi ambitum a nobis dissecari, et quae unius corporis membra sint, ea singula et minutatim conscissa deinceps cogitari. Eodem pacto a primo linguae sono munus imaginationis et animi incipit, et homines tum poetae tum philosophi natura fere facti sunt. Verum tamen haec initia si cum eo, qui insequutus est, linguarum habitu contuleris, parva et exilia, mox prorumpunt, instar fontis, qui exiguus ex montibus oritur, ac magis magisque excrescens magnum flumen in Oceanum influit. Nam eadem vi, qua plantas gignit terra, ex interiore hominis indole nascitur oratio, et multis quasi foliis frondibusque exornata sensim ad coelum se extollit radicibus in terrae visceribus actis. Quid igitur? Primo sono, quo recens homo coelum stellasque admiratus est, omnibus numeris absoluta quodammodo exhibebatur poesis, in qua philosophia simul latebat. Primae enim voces, in laudem universi prolatae, primis hymnis in deum materiam praes

bebant, sicuti prima doloris et gaudii elocutio elegiarum et dithyrambi semina alebat. Sed haec rudimenta longe abhorrent ab artis nomine, neque tum quidem, cum magis exculta esset oratio, ex philosophorum praeceptis existimanda sunt, quae natura duce prodita naturalem poesin rectius appellamus, atque ab artis severitate secernimus. Philosophia enim cum poesi conjuncta, primum mox discindens, antiquam denique cognationem reconciliat, ubi totis gentibus excultis melior natura litem diremerit. — Ut in orationis origine primae orationis partes sunt nomen et verbum, sic in poesi lyricum et epicum genus principatum tenent, vix ut eruere possis, utrum utri aetate praestet. Verbo motus et agilitas exprimitur, ut lyrica poesi animi motum et agilitatem significamus; nomine autem, quod res ipsas in natura obvias, id est, materiam ad animum transfert, non minus quam epico genere exteriorem rerum speciem describimus ac proponimus. Vel hic monendi sumus, istam divisionem non adeo severam esse, cum praesertim nihil in vita tam penitus dividi possit, sed omnia instar maris fluctuum frangantur, atque in aequore diffluant. Nomen substantivum est expressio imaginis, qua animus a rebus externis afficitur, verbum, quasi impressio ab animo ad res externas translata. Ita in epico et lyrico genere; illud externa rerum species animo concepta, hoc animi affectus rebus affictus. Oratione demum utriusque imago tanquam speculo ostenditur. Indeque cognoscimus, poesin nihil aliud esse, nisi perpetuam comparationem et rerum translationem conatumque ea, quae fieri nequeant, efficiendi. Omnibus enim rebus poeta mentem inesse postulat et ubique se ipsum agnoscit. Ergo bestias

oratione exornare, arbores, lapides, coelum, terram, aërem, aquam animare, omnia denique, quae cernerentur, diis implere. Idem vero animus naturae inertia vel rerum otio ita movetur et afficitur, ut omnia fati imperio gubernari vel regi existimet. Quod si ad se redit, artes magicae, incantamenta, id genus alia ortum habent. Et vero haec vera hominum et integra erat conditio, qua primi homines a sectiorum contagione immunes utebantur, qua neglecta cuncta diis omnia pietas intercidit, omne genus humanum languescit et infirmitate laborat, aut mole sua opprimitur, quantumvis singuli suo qualicunque lumine gaudeant. Sed revertendum est ad istam nativam hominis indolem et imaginem, unde delapsi sumus, quae cum natura duce repetere non liceat, arte assequenda nobis erit; illucque reversi sunt, qui animo integro et pio hunc universum rerum ordinem adspexerunt. Omitto commemorare species epici et melici generis, ne longius a proposito oratio aberret, injuncta denuo formula quam supra proposuimus, in omni videlicet divisione opposita non plane seposita cogitari posse, sed ut ita dicam, in conimiis vel tenui vel nullo discrimine dirimi. Cum igitur epici poetae sit, describere externa, maxime animum adpellet ad descriptionem rerum, hominum et narrationem de eo

qui mores hominum multorum vidit et urbes.

Lyrici officium est animi sensum, motum, studium exprimere, ita tamen, ut alter alterius fines interdum transgrediatur. Sed quae lex in omni natura obtinet, in his quoque rebus probetur necesse est. Major pars vincit, et a potiori fit appellatio. Haec duo de-

ne ex inepto carmine ineptius concinnent, non solum disjecta hujus carminis membra inveniri apud Diogenem Laërtium Lib. VIII fin. de Eudoxo quemadmodum Huschke notavit, sed istud verum esse carmen a Diogene ipso confectum, dicente: ἔστι δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον. Mirandum autem, quod in Diogenis Laërtii editione, quam Henricus Stephanus curavit, pro Diogenis epigrammate vero in Eudoxum Planudis corrupti hexametri sint editi.

Salmasius in Exercit. Plin. p. 313. scripturam antiquam in scriptis codicibus Diogenis repertam, paucis admodum mutatis, in hunc ordinem se redegisse affirmat:

Ἐνὶ Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίαν προσθεὰ μοῖραν
Εὐδόξου παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύρειο, τοὐδὲν γ' ἔλαξε.
Πόθεν; οὐ γὰρ βοὶ Φωνῇ, Φύσις οὐ δῶκε μάσχῳ
Ἄπιδι σόμ', ἀλλὰ
Παρὰ δ' αὐτῷ λέχριος τὰς ἐλίχμησε τὸ λῶτος,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν ὅσσον οὔπω.
Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος ὃς δεκάκις πέντε καὶ τρεῖς
Ἐλειδόντι παῖδας.

Ita carmen est tetrastrophon tricolon sive triplicis metri; nimirum ionicorum a minore vel pentametrorum vel tetrametrorum catalecticorum et unius ityphallici. At carmina jonica a minore, quae tetrametris longiora sint, apud Graecos et Romanos non inveniri, recte monuit Santenius in consilium alsquando adhibitus ab Huschke (Analect. crit. pag. 214—218). Recte idem addidit, nunquam his io-

nicis ityphallicum subjungi, ejusmodi vero catalecticos non antibacchis, sed fere anapaesto formari. Versus autem istius carminis sunt ionici a minore tetrametri catalectici sive potius galliambici, in quibus, ut Hephaestion docet pag. 39 sq. ed. Turneb. ionicus etiam in paeonem tertium vel palimbacchium et dipodiam trochaicam mutari potest. Nam si posterius metrum in trochaicam dipodiam sive epitritum secundum abit, prius e paeone tertio vel palimbacchio constet, necesse est. Versus incisione quadam post alterum metrum in duo cola dividuntur, ut numeri eorum sint hi:



⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – || – ⏑ – – | ⏑⏑ – ⏑

sive numeris mutatis:



⏑⏑ – ⏑ | – ⏑ – – || ⏑⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίην
Εὔδοξόν ποτε μοῖραν παρὰ τοῦ καλλικέρω
Ταύρου. Κοὐδὲν ἔλεξεν· βοῖ γὰρ πόθεν λόγος;
Φύσις οὐκ ἔδωκε μόσχῳ λάλον Ἄπιδι ϛόμα.
Παρὰ δ' αὐτὸν λέχριος ϛὰς ἐλιχμήσατο ϛολὴν,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν
Ὅσον οὔπω. Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος,
Δεκάκις πέντε γ' ἐπὶ τρεῖς ἐϛιδόντι πλείαδας.

Ita ne unum quidem verbum mutatum est.

et lyricum. Nam carmine celebrant Arabes conditionem rerum, regiones, greges, equum, quae omnia in epica materia habenda sunt. Interdum tale carmen non tam statum rerum exprimit, quam amores cantat et voti sententiam compotem seu querimonias desiderii irriti. Ceterum vel solis exclamationibus gaudent, quae vere lyrica poemata sunt. Idem apud omnes gentes principes deprehenderemus, nisi hoc persequi longum esset. At apud nonnullas gentes nulla poesis, ne primis quidem rudimentis spectata, exstitit. Aegyptios potissimum dico, quos nullis bonis artibus excelluisse constat. Sed enim saepius res externae magnam vim habent ad cultum, cum gentis totius, tum etiam poesis. Quo fit, ut coeli clementia et civili libertate poesis ad pulchriorem florem ac potentiam proveniat, cum homines adeo naturae conditione ad poeticam laudem comparati sint; at contra soli malignitate, aestu, regni superbia, ut in Aegypto acciderat, tenerum poesis germen vix natum enecetur. Aegyptios autem etiamsi plane a Musis destitutos videamus, tamen in magnis pyramidum molibus admiramur, quibus aeternitatem quandam sibi parare et mentem divinam exhibere studebant. Sed quibus dotibus ii caruerunt, iisdem alias gentes praeclare natura fautrix instruxit. Enimvero Graeci, admirabili ingenii virtute exornati, exemplum unum post hominum memoriam praebent summae animi conformationis, qui populus, instar Herculis, inde ab incunabulis, periculis circumventus omnibus, superior erat, atque adolescens quasi natus, si ceteris nationibus eos compares, ad summum artis fastigium ascendit. Adeo vel antiquissima eorum opera, quae quidem exstant, signa perfectionis impressa habent. Quin multis fortasse seculis opus erat ad primam ferocitatem abra-

dendam, qua tamen abrasa egregia forma procedebant non vigente quidem illa, praeclariore tamen. Horum quoque historia sententiae supra prolatae fidem affert. Nam poesis et philosophia longo tempore apud eos conjunctae reperiuntur in cosmogoniis, et in oraculis, neque prius, quam sub tempora Pythagorae, philosophia suo utitur habitu, prosa oratione. Quanquam poesis quam adhuc gratiam erga eam exercuerat, fidissimo comitatu reservabat. Poesi debemus mythologiam Graecorum, praeclarum et varium ingenii humani florem. Mythologia Graecorum naturam omnino poeticam prae se fert, et mollitiem quandam cum nervis conjunctam habet; mythologia septentrionalium regionum, quantum ex Eddae reliquiis cognovimus, nervis illa quidem non eget, sed asperitate et frigore patriae abundat. Apud Graecos omnes poesis partes conjunctae egregium aliquod corpus constituebant, cum poesis, saltatio, musica, tanquam Gratiae, familiaritate artissima continerentur, atque religione celebranda laudem acquirere studerent. Eodem omnia in Graecia valuerunt, civitatis forma, religio, morum studium, coeli felicitas; quam ob rem ille terrae angulus brevi tempore et plures et majores artifices omnis generis tulit, quam longis intervallis omne aevum secundum ferre potuit. Praecipue autem Graeci statuariam et poesin excoluerunt. Quibus temporibus prima poesis specimina adsignemus, ex Homericis libris intelligere licet; quibus magnam carminum epicorum vim praecessisse, antequam ad hanc excellentiam adducerentur, quis non videt? Cyclici poetae in pangendis epicis versibus diu perrexerunt, videturque omnino ab antiquissimis poetis Graecorum epicum genus fere solum cultum, cum partim rebus a suo populo fortiter ge-

stis, partim metro commode excogitato et narrationi aptissimo, hexametro, ad id invitarentur. Idcirco epos prius conformabatur, quanquam lyricum carmen, aetate non inferius, cum primum epica materia consumta esset, tum denique arte et studio percultum est. Certe constat, in solemnibus deorum, antiquissimis temporibus, carmina esse decantata, quae tamen, ut plane ex hymnis cognoscere licet, epicam naturam prae se ferrent, cum historiam deorum magis, quam laudem ex animo profusam, metro simul suadente recenserent. Soli Orphici hymni, quorum reliquias adhuc habemus, non genuinas quidem illas, tamen antiquum colorem ostendentes, lyricum aliquid spirant, cum fere non nisi deorum nominibus, exclamationibus, interjectionibus, id est, primis sensuum declarationibus constent. Ipsum metrum sensim ab epico genere abduxit, praesertim versibus elegiacis et jambicis, quibus Archilochus et qui eum secuti sunt, lyrici generis partem, Satiram, conformabant. Quibus rebus justo lyrico carmini, quod a lyra nomen habet et in saltando canebatur, via praemunita est. Quocirca in singulis partibus saltantium conversionibus ita aptum erat, ut jure dubites, cum graecam saltandi artem fere ignoremus, fore aliquando, ut contorta versuum lyricorum genera, quantum in iis expediendis hodie elaborarint viri docti, plane extricemus. Primae quidem meditationes ante Olympiadas referendae sunt, atque Thaletes Cretensis in auctoribus lyrici carminis laudatur, sed idem ad summum honorem perducebatur ab iis, qui a criticis Alexandrinis in novem lyricorum numero ponebantur. Quorum princeps Pindarus inter omnes micat, ut cum poeta loquar, velut luna inter ignes minores, quod divi-

num ingenium magis etiam miraremur, si Elegorum, Paeanum, Dithyramborum jacturam non fecissemus. Sed fortunae gratiam habeamus, quae vel hanc minimam partem carminum Pindaricorum, a nostris moribus aliquantum abhorrentium, et a pluribus laudatorum quam lectorum, nobis non inviderit. Cum igitur a Pindaro carmen lyricum omnibus numeris absolutum esset, mox ejus flos intercidit, quia tertium genus, drama, ortum erat, quo etiam apud Graecos lyra et epos conjungeretur. Quanta fertilitate Graeci poetae vel in hoc summo genere excelluerint, et poetarum nomina, et fabularum, quae ad nostram memoriam pervenerunt, inscriptiones permultae testantur. Integrae autem fabulae perpaucae exstant, quanquam, quas quidem aetas tulit, eae in optimis et praeclarissimis speciminibus habendae sunt. Atqui poesis ad summum florem perducta statim flaccescere, et Alexandrina aetas, argutiis quidem multis, non item artificiis justis excellens, accedere. Tum Romanos

> Graecia capta ferum victorem cepit, et artes
> Intulit agresti Latio.

Sed exempla, paucis lineis expressa, non assecuti sunt, cum natura magis rebus bellicis quam artibus comparati essent. Quare pauca poesis genera excoluerunt, summa autem laude poesis et philosophiae caruerunt.

Operae pretium fuerit, secundam recentioris poesis aetatem ita persequi, ut appareat, in omni diversitate antiquae et recentioris poesis illam legem ubique obtinere. Sed redeamus ad Graecos, ut singulas et veras dramatis causas ex historia enarremus.

Primum de nomine dramatis Aristoteles in poetica disputat subtiliter:

„Dramata nonnulli, inquit ille, vocari dicunt a vocabulo agendi, quasi actus, quia imitentur poetae agendo. Vindicant autem sibi Dorienses et tragoediam et comoediam; comoediam quidem Megarenses (tum hi vicini tanquam apud se natam, quo tempore libera eorum civitas esset, tum qui in Sicilia colunt; nam illinc fuit et Epicharmus comicus, multo antiquior Chionide et Magnete;) Tragoediam autem nonnulli Peloponnesiorum: cujus rei argumentum ducunt ex ipsis nominibus. Dorienses enim vicos agri urbici a se κώμας, Athenienses autem δήμους vocari ajunt; (velut comoedi non a verbo κωμάζειν dicti essent, sed quod vicatim circumerrantes derisui essent urbanis,) tum verbum facere dici a se δρᾶν, at Atheniensibus πράττειν. "

Brevi spatio post ita pergit:

„Divisa est poesis pro ingeniorum indole in partes duas. Nam, qui graviores erant moribus, imitabantur actiones honestas et quae a sui similibus proficiscerentur; contra, qui leviores, eas quae improborum essent, atque hi primo vituperationes pangebant, sicut illi hymnos et laudationes. Et ex iis quidem, qui ante Homerum vixerunt, nullum licet commemorare tale carmen; fuisse autem multos hujus generis poetas, consentaneum est; at ab Homeri aetate orsis licet, ut illius Margiten et similia, in quibus jambico metro locus datus est. Itaque nunc ea de caussa jambicum appellatum, quod eo usi metro, se invicem maledictis lacessebant, id quod dicitur ἰαμβίζειν. Igitur ex veteribus exstiterunt alii Jamborum poetae. Ut vero in

genere serio maxime poeta Homerus fuit (solus enim non bene imitatus est, sed et imitationem dramaticam reddidit): ita etiam Comoediae formas exhibuit primum, non vitiorum reprehensione, sed ridiculis moribus dramatice expressis. Nam ut Ilias et Odyssea ad tragoedias, ita Margites habet se ad comoedias; ergo postquam tragoedia et comoedia in conspectum venerant, qui ad alterutrum genus natura propensi erant, eorum alii pro Jamborum scriptoribus comici exstiterunt; alii pro carminum epicorum tragici; propterea quod plus amplitudinis ac dignitatis hae formae habebant, quam illae. — Quandoquidem autem ab initio rudis atque extemporalis et tragoedia et comoedia fuisset, altera ab iis orta, qui dithyrambum canebant, altera vero ab iis, qui phallica, quae in multis civitatibus etiam nunc usitata manent, sensim aucta est, cum arriperent poetae excolerentque, quidquid ejus in conspectum prolatum esset.

Ita tragoedia multas mutationes passa, tandem mutari desiit, postquam accepit naturam suam. Nam et numerum histrionum ab uno ad duos primum auxit Aeschylus et chori cantica minuit, sermonique primas concessit: dein Sophocles addidit actorem tertium, scenaeque pictae ornatum. Praeterea magnitudo tragoediae ab exiguis fabulis et locutione ridicula, satyrici ex quo manavit generis propria, sero ad splendorem granditatemque suam processit, ac metrum ex tetrametro iambicum factum est. Nam primum utebantur tetrametro, quod satyrica tum poesis esset et magis comparata ad saltandum. Sed locutionis forma cum accessisset, ipsa natura proprium peperit metrum. Ex omnibus enim metris maxime commodum sermonibus jambicum est. Quae res hinc arguitur, quia in

mutuis colloquiis plurimum utimur jambis, rarius autem hexametris, nec nisi cum sermonis quotidiani sonum excedimus. Denique accesserunt etiam episodia, numero plura, et ita reliqua singula, quibus exornatam tragoediam esse dicunt. Atque de his quidem hactenus: nam operosum est, singulatim omnia persequi. Comoedia autem est imitatio eorum, qui sunt vitiosiores, non tamen quocunque vitii genere, sed ejus, quod habet turpitudinem, cujus ridiculum pars est, nam ridiculum est offensio quaedam et deformitas, neque conjuncta cum dolore nec vim interitus habens, ut ridicula facies est turpe quiddam et distortum sed sine dolore. Verum ut quae tragoediae fuerint progressiones et quibus illae debeantur, haud obscurum est: ita comoediae incrementa ignota sunt, quod initio non admodum curabatur. Etenim chorum comicum serio dedit magistratus, cum offerrent se actores voluntarii, postea vero quam formam quandam recepisset comoedia, qui ejus tum poetae fuerint, memorantur. Qui tamen personas primus exhibuerit, aut prologos, aut numerum histrionum et plura hujusmodi in obscuro latet. Sed fabularum fingendarum Epicharmus et Phormis initium fecerunt, itaque ea pars principio venit ex Sicilia. Poetarum vero, qui Athenis docuerunt, primus Crates, abjecta jambica forma, sermones vel fabulas generali argumento fecit."

In loco quodam Platonis origo dramatis ad remotissimam antiquitatem refertur, quod magis ex libidine quam ex animi sententia disputatum videtur, aut rudes dramatis origines significat, profecto antiquiores Solone habendas. Quo sensu dramaticum genus adeo recte dices contineri in Homericis carminibus, ubi si versus, quibus loquentes inducuntur, sustuleris, ha-

bebis magnas partes ad dramaticam rationem fere subactas et expolitas. Sed qui ita disserunt, re neglecta verbis argutantur, nam nos dramatis exculti formam spectamus.

Omnes auctores consentiunt in eo, drama ortum esse e lascivia rustica in religionibus, maximeque e festis peractae messis et vindemiae, saltando, cantando, exsultando, praesertim hymnis, qui dithyrambi vocantur, magno cum impetu et furore celebratis. Qui hymni cum in deorum laudibus et hominum gaudiis versarentur, omnes, qui aderant, ut est verisimile, pro sua quisque libidine adjuncta ad tibiarum modos saltatione eos canebant, mox concentum istum inconditum, quae divina erat Graecis indoles, ad artem traducebant, dum iis, si qui vel vocis suavitate, vel concinnis corporis motibus excellerent, singulis prodeuntibus celebrationem solennem mandarent. Erant praeterea, qui ceteris ingenio praestantes, choris subinde tacentibus, narrationes epicas tum gravioris tum levioris argumenti intexerent, vel mutuis cantionibus certantes alter alterum lacesserent, et plebeculam jocis nugisque oblectarent. Qui mos inprimis apud Siculos et Ausones fuit ad ludibria et facetias fundendas natura idoneos, ne nostris quidem temporibus apud eas gentes, quae rus ibi incolunt, evanidus. Facile intelligitur, illa colloquia non meditata fuisse, sed eos omnino αυτοσχεδιασματα effudisse. Argumentum narrationis magnam partem in deorum historiis praesertim Bacchi versabatur, tum ob festi occasionem, tum ob ostentandi ingenii facilitatem. Aut seria, aut (neque raro hoc accidit) jocosa fabula sumebatur, cum liceret eandem mythologiam et commovendis et hilarandis animis commodam proponere, necdum in doctrinae vincula animus esset conjectus.

Nam hoc in virtutibus antiquarum religionum merito commemoratur, quod nullis doctrinae praeceptis opinio de diis adstricta erat, sed dii effingebantur ex hominum similitudine, at majoribus et virtutibus et vitiis instructi, atque idcirco illudendi simul et summa pietate colendi. — Qui autem interlocutionibus epicas partes tuebatur, mox deorum vel heroum mores et facta narrans, ore, vultu et cothurno excelsam deorum formam ipse simulabat. Quod ut facilius consequerentur, suum vultum et habitum dissimulare, et vestibus mutatis, et illitis faciei faecibus, quem morem nomen τρυγωδία et τρυγῳδός profitetur, immutatum postea in tragoediam, quae falso a τράγος, pretio ludorum scenicorum constituto, derivatur. Ceterum vel hic, ut in aliis inventionibus, auctoris, nomen a nobis ignorari nec cognosci posse, si quidem de omni invento, quod primum parvum et nullius momenti videretur, sensim ad perfectionem provecto melius mererentur, quam qui primam ansam, forte fortuna ducti, dederint. Illud quidem constat, dramatis inventionem non minus ab Italis quam a Graecis profectam, cum illi comoediam, hi tragoediam excolere mallent. Prima rudimenta, quae supra memoravimus, nec tragoediae nec comoediae annumerari possunt, quia quasi ex utriusque farragine composita erant, ut cum incultis satyricis fabulis recte comparari possent; quae mox arte expolita, satyricia dramatis genus constituerunt. Quid multa? Requirebantur pauci praestanti ingenio viri, qui omnem materiam ad artis praecepta digererent conformarentque. Talis inprimis fuit Thespis, qui artem dramaticam exercens, plaustris vexisse poemata dicitur. Idem jam tragicas fabulas, ut etiam ex nominum indice videre licet apud Plutarchum in Solone, longe plures quam comi-

cas egisse fertur. Quare tragoediae conformatio aetate antecessit comoediam, cum praesertim publico studio externa perfectio, scenae ornamenta, saltationes, actio, denique chori instructio adjicerentur. Chorum enim retinebant poetae, eique actoris partes deinde injungebantur. Neque temere hoc factum. Namque cum Graecorum vita magis sub dio et in hominum celebritate versaretur, ita, ut, si quid publice gereretur, statim adessent spectatores, suasores, reprehensores: in hoc quoque illi sibi constantes materiem de medio sumtam arte exornarunt. Sed liceat Horatii versus apponere, quibus chori veram rationem elegantissime et verissime describit:

> Actoris partes chorus officiumque virile
> Defendat; neu quid medios intercinat actus,
> Quod non proposito conducat et haereat apte:
> Ille bonis faveatque et consilietur amicis;
> Et regat iratos et amet peccare timentes;
> Ille dapes laudet mensae brevis, ille salubrem
> Justitiam, legesque et apertis otia portis;
> Ille tegat commissa, deosque precetur et oret,
> Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.

In choris igitur lyricum eminet, ut in colloquio epica natura potissimum proditur. — Phrynichus, Thespidis successor, adeo materiam ex historia deprompsit, cum antea ex mythologicis duntaxat fabulis eam sumere liceret. Idemque trochaicum tetrametrum primus induxisse fertur, cum jambicis posthac uterentur poetae, praeter Euripidem, qui illum versum immiscere jambicis solebat. Porro regnante Pisistrato, tum in Attica, tum in terris adjacentibus, recentem artem amplectebantur, quamvis hoc quoque tempore rudem admodum illam et imperfectam. Jam exstitit Aeschylus, unus in primis Graecorum tragi-

cus poeta, qui, ut Quintilianus ait, tragoedias primus in lucem protulit, sublimis et gravis et grandiloquus. Ab eo alteram personam esse inductam, certe constitutam, tragoediam externo ornatu, vestibus, personis, cothurno instructam, neminem credo fugiet, qui veterum libros vel subitaria festinatione inspexerit. Denique Sophocles, quidquid ille inchoarat, ad eam excellentiam perduxit, ut ceteris artibus jam excultis, omnibus numeris absolutam poesin, quae omnium artium vinculum sit, posteris relinqueret.

Eundem fere gressum comoedia fecit: tragoedia tamen inferior, per vicos diutius vagabatur, unde comoedia a κωμαις nomen traxerat. Primum ea Siculis placuit, qui in omni antiquitate ridiculis et facetiis excellebant. In auctoribus commemorantur Susarion et Epicharmus. Sed omittamus haec, ut parum ad nostram disputationem facientia.

Sufficit demonstrasse, quam aliae gentes nancisci non potuerint, eam palmam Graecos tulisse, dramatis conformatione. Nam Graeci, ut in omni arte, ita inprimis in poesi praeclari, summum assecuti sunt nugando magis quam operose sudando. Quare nostris poetis, si quid egregium et perfectum effingere studeant, illud Horatii acclamemus:

— — Vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Henr. Caroli Abr. Eichstadii

Eloqu. et Poës. in Acad. Jenens. Professoris

in

Plutarchea quaedam e poëtis hausta Animadversiones.

(Scriptae a. 1803 ad commendandum novum Academiae Pro-Rectorem, nunc accessionibus quibusdam auctae.)

Henr. Caroli Abr. Eichstadii

in

Plutarchea quaedam e poëtis hausta

Animadversiones.

Eminet Plutarchus inter eos scriptores, ad quos penitus intelligendos recondita quaedam et exquisita doctrina rerumque paene innumerabilium scientia requiritur. In largiendis enim ingenii opibus naturam fautricem expertus, in iis excolendis locupletandisque tantum studium tanto cum successu posuit, ut ex assidua veterum scriptorum lectione immensam sibi eruditionis copiam compararet. Quod studium quum scriptis ejus, praecipue moralibus, mirificam attulit et ad fructum uberrimam argumentorum varietatem: tum vero etiam orationis genus, quo usus est, insigni varietate, sed illa fortasse minus laudanda, affecit. Tantum enim abest, ut Chaeronensis scriptor constanti quodam et aequabili sibique proprio stilo utatur, ut orationem suam coloribus undique conquisitis distinguendam et frequentandam putarit. Quae virtutes Plutarchi quantas vicissim interpretandi virtutes postulent, facile intelligitur. Quemadmodum enim, qui susceptum officium in hoc scriptore velit cum

dignitate tueri, interpretem eadem doctrina, qua ille fuit, certe haud multum minore, instructum esse oportet: ita necesse est, fontes diligenter perspectos habere, unde suam Plutarchus orationis varietatem hauserit. Nec vero in iis tantum, qui prosam eloquentiam adhibuerunt, imitandis substitit; in poëticis etiam luminibus et ornamentis defixus, ad horum similitudinem artem et stilum saepenumero direxit. Quamobrem vere jam olim VALCKENARIVS (Diatrib. in Euripidis deperdit. dramatum reliquias p. 220) in Plutarchi operibus multa poëtarum loca latere judicavit, quae Reiskium fugerint, Sophoclea imprimis et Euripidea: quorum etsi plurima ipse poterat in lucem proferre, vir et in tragicis Graecorum poëtis et in Plutarchi lectione exercitatissimus, tamen more suo non nisi pauca exprompsit, quae juniorum hoc in genere diligentiam incitarent. Magistri sui aemulatus exemplum, praestantissimus Plutarchi editor, DANIEL WYTTENBACHIVS, quem hoc etiam in loco non sine grato animi sensu ac benevolentia nominamus, multa ille quidem in Moralibus invenit, quae ad poëtarum auctoritates relata, suam demum lucem et medelam recuperarent; sed idem alia omisit, vel in criticos usus vel in subsidium interpretationis ex eodem fonte derivanda; denique etiam eorum, quae sagaciter detecta hanc ad normam correxit, rationes et argumenta lectoribus fere indaganda reliquit. Quo consultius videtur, porro pergere in hac via, remque tripartito propositam exemplis aliquot illustrare.

Quo libro docere Plutarchus instituit, *quomodo adulator ab amico internoscatur*, et in 36 pag. 57, A. (To. I. p. 216. ed. Wyttenbach.) perdifficilis occurrit locus, cujus obscuritas et vernaculum interpretem, quo minus

vertendo exprimeret, impediit, et tam moleste accidit editoribus, ut etiam esset, qui, quae decessores non intellexissent, ipse tamquam glossema ejiciendum putaret. Loquitur ibi Plutarchus de adulatore, pinguiore Minerva palpum obtrudente:

> ἂν μὲν εὐπαρύφου τινὸς, ἢ ἀγροίκου, λάβηται, Φορίνην παχεῖαν φέροντος, ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆται, καθάπερ ὁ Στρουθίας ἐπιπεριπατῶν τῷ Βίαντι· καὶ κατορχούμενος τῆς ἀνοήτου θησίας αὐτοῦ τοῖς ἐπαίνοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως πλέον πέπωκας, καὶ γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθοῦμενος.

Comicas hic personas laudari, unus acute vidit Reiskivs, sed quales sint et qua ex fabula productae, prorsus ignoravit. Distinctione mutata, Wyttenbachivs recte animadvertit, expressos esse duos Menandri versus, unum, ab Athenaeo quoque servatum (Lib. X. p. 434, C. cfr. *Clerici Reliquias Menandri* p. 108).

Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως πλέον πέπωκας,

alterum sic emendandum:

Γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος,

qui conveniat cum Terentiano Eunuch. III, 1, 42:

Risu omnes qui aderant, emoriri.

In hanc enim fabulam traductos esse Menandri parasitum et militem gloriosum, ipse in Prologo narrat Terentius. Parasito, primas tenenti, Menander comicum nomen Στρουθίου indiderat, aptum illud ad voracitatem ingentemque corporis molem indicandam. Huic igitur parasito Terentianus respondebat Gnatho; sed Bias Menandri, sicut ex Athenaei loco apparet,

eam sustinebat personam, quam dimidiatus Menander Thrasoni suo imposuit; idem ille hebes et stupidus erat homo, absurdis laudibus tam avide inhians, ut ne sentiret quidem Struthiae sannas ac ludibria. Illustravit rem, sed aliquantum diverso modo, Böttigervs in Specimine novae editionis Terentii, Excurs. II. p. 53; plura exspectamus a Wyttenbachii Commentario. Caeterum quod restitutum est in Menandri versu Γέλωτι — ἐκθανούμεθα, alio confirmatur Plutarchi loco, qui eodem in libro paullo ante (p. 54, C. T. I. p. 207. Wytt.) scripturae vitio obscuratus est. Exhibet nimirum Plutarchus imaginem assentatoris, vel Gnathonici, quem Terentius vocat, parasiti, tam accurate expressam, et ita convenientem etiam nostris temporibus, ut nuper vixisse inter nos, et talem hominem, qualem nos vidimus, ipse coram perspexisse videatur. „Assentator enim memor, se ubique secundas agere partes, similitudinem, imprimis potentiorum, ita affectat, ut semper inferior sit, primamque laudem et palmam alteri, praeterquam malorum, relinquat. In his enim priores sibi vindicat, ac si ille se morosum dicat, se profitetur atra bile percitum; si superstitiosum, se divinitus exagitari; si amare, se insanire; *tempestive*, inquit, *videbas, ego risu emoriebar.* Εὐκαίρως, φησὶν, ἐγέλας, ἐγὼ δ' ἐξεθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος." Legitur in libris ἀκαίρως, quod recte Wyttenbachius durius existimat pro persona adulatoris; durius item ἀκρατῶς, quod conjecerat, et a literarum vestigiis alienius εὐχερῶς. Reposuimus εὐκαίρως. Sic post paucos versus εὐφυὴς et ἀφυὴς in codicibus permutantur.

In eodem libro praecipit Plutarchus pag. 72, D. (To. I. p. 274. ed. Wyttenb.), ut blandae admonitio

nis ope remittatur ac mitigetur reprehensionis asperitas:

> Ὅταν δὲ ἑτέρους, οἷον ἥλικας ἢ πολίτας ἀντιπαραβάλλωμεν ἢ συγγενεῖς, ἄχθεται καὶ διαγριαίνεται τὸ φιλόνεικον τῆς κακίας· καὶ τοῦτο πολλάκις εἴωθεν ὑποφωνεῖν μετ' ὀργῆς. Τί οὖν οὐκ ἄπει πρὸς τοὺς ἐμοῦ κρείττονας, ἐμοὶ δὲ μὴ παρέχεις πράγματα;

Monitus quisque perspicit, etiam in his elementa inesse versuum, Menandreorum opinor:

> Τί δ' οὐ πρὸς τοὺς ἐμοῦ κρείττους ἄπει,
> Ἐμοὶ δὲ μὴ παρέχεις πράγματα;

Quae paullo post sequuntur (p. 279), ex Homericis desumpta, Plutarchi et sententiam et modum exponendi magis patefaciunt. Sed is etiam locus, Reiskii correctionibus, quas Wyttenbachius recepit, non persanatus, quo facilius ad antiquam et suam formam revocetur, liceat ejus summam referre, adjuncta corruptorum verborum emendatione. „Haud aliud est ullum, (ita disputat scriptor) *), quod aeque efficiat, ut quam

*) Utimur, ne quis verba cavilletur, versione *Hermanni Cruserii*, quae quantopere praestet Xylandrinae, et quot utilitates Critico offerat, jam olim ostendimus in iis Plutarchi Wyttenbachiani Censuris, quae insertae sunt Ephemeridibus literariis, Jenae tum prodeuntibus, a. 1797. n. 85, 86, 87. et Novae Bibliothecae artium Lipsiensi Vol. LX. p. 216 - 288. Exemplis ibi laudatis unum nunc addere juvat e libro περὶ ἀδολεσχίας p. 508. B. (To. III. p. 47. ed. Wytt.) Narratur ibi nota historia de Fulvio, qui quum mane ad Augustum pro more venisset, eumque salutasset, Augustus, Τγίαινε, inquit, Fulvi. Vertit Xylander *Sanam mentem*, eam fortassis explicationem sequutus, quam proposuit Muretus VV.

minime molesta sit increpatio, et maxime medicinam faciat, quam si temperans a bile agas cum amico graviter et amice. Itaque non sunt inficiantes acriter refellendi, neque satisfactio reprimenda eorum; immo etiam praetextus undique sumministrandi sunt honesti, omissaque caussa deteriore melior et mollior subjicienda. Ita Hector alloquitur fratrem:

Δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ,

quasi non fugâ, neque ignavia, sed flamma receptus ejus ex conflictu sit. Ad Agamemnonem item Nestor:

— σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ

Εἶξας.

Ἠθικώτερον γὰρ οἶμαι (sc. Nestoris illud dictum), τοῦ Ἠδίκησας καὶ Ἠσχημόνησας· καὶ τὸ Οὐκ ἐπέσησας, τοῦ Ἠγνόησας· καὶ τὸ, Μὴ φιλόνεικει πρὸς τὸν ἀδελφόν, ἢ τὸ, Μὴ φθόνει τῷ ἀδελφῷ, κ. τ. λ." Aliam hujus loci correctionem, nec probabilem satis, neque a Wyttenbachio commemoratam, proposuit Abreschivs in Lectionibus in Aristaenetum p. 342.

In *Consolatione ad Apollonium*, p. 117, A. (To. I. p. 459. Wytt.) Philosophus eos notat, qui, quidquid praeter spem eveniat, existiment malignitate fortunae ac daemonum accidere; itaque ad omnes casus ejulent et lamententur, ac de suo improbe conquerantur infortunio: quibus hoc dicto occurrere non inepte liceat:

Θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ,

LL. XI, 2. Sed rectius multo et efficacius Cruserius p. 334: *Vale*; sicut etiam exposuit Lipsius ad Taciti Annal. I, 5. Illo enim verbo Plutarchus Latinorum *vale* ex Atticorum consuetudine expressit. Utitur eodem Aristophanes Ran. 165.

σὺ σοί, καὶ ἡ διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν ἄνοια καὶ παραφροσύνη. Certa emendatione rescribendum: ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί, et importunum illud αὐτῷ exterminandum. Paullum inflexit Plutarchus versum Sophocleum Oed. Tyr. 387, ubi Tiresias ad Oedipum:

Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί.

Eodem in libro pag. 114. C. (T. I. p. 450.) Crantoris affertur sententia, qui vacare culpa in calamitatibus summum esse solatium dixerit. „Ego vero (subjicit Plutarchus) medicinam dico ad tollendum moerorem efficacissimam. Diligere autem fato functum et amare non in eo est, ut torqueamus nosmetipsos, sed ut juvemus eum, quem carum habemus: officium porro praestabitur mortuis, si pia memoria eos colamus. *Nemo enim bonis lamentis, sed hymnis dignus est, et laudationibus; non luctu, sed honorifica recordatione; neque lacrimis et dolore extortis, sed privatis quibusdam rebus.* Quandoquidem qui decessit, vitam induit divinorem, emancipatus corporis servitute curisque asperis et calamitatibus, quas tolerare necesse est iis, qui vitam hanc sortiti sunt caducam, dum injunctam sibi conditionem expleverint etc."

Satis elucet ex ipsa loci versione, in sententiis cumulatum quiddam inesse: quod si quaesitum a Plutarcho et ornamenti caussa aliunde petitum existimes, orationem seriem erigi et altius exaggerari; sin casui tribuas aut negligentiae scriptoris, nimia et vitiosa videbitur dicendi copia. Accedit, quod in verbis:

Οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπος ἄξιος θρήνων, ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαίνων· οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης καλῆς· οὐδὲ δακρύων ἐπωδύνων, ἀλλὰ πόνων ἐπαρχῶν,

ipsa dictio poëtam sapit. Quod his ipsis verbis Wyttenbachius professus, cujus poëtae ista essent, tum forte non meminerat. Sed illustrabit Plutarchi locum, ac vicissim hinc illustrabitur, Simonidis Cei egregium Scolion (Analect. Brunck. To. I. p. 123), cui omnem illum orationis colorem deberi, nobis persuasissimum est:

Τῶν ἐν Θερμοπύλαις θανόντων
Εὐκλεὴς μὲν ἀ τύχα, καλὸς δ' ὁ πότμος,
Βωμὸς δ' ὁ τάφος, προγόναν δὲ μνᾶσις,
Ὁ δ' αἶνος ἴπαινος.
Ἔντάφιον δὲ τοιοῦτον
Οὔτ' εὐρώς, οὔτ' ὁ παυδαμάτωρ
Ἀμαυρώσει χρόνος, ἀνδρῶν ἀγαθῶν.

Ex comparatione hujus carminis, plura sunt, quae disci possint. Nam primum hac auctoritate vindicatur Plutarcho verbum ἴπαινον, cujus loco LENNEPIVS ad Phalaridis Epistolas p. 280 παιάνων malebat. Deinde, quid legerit Plutarchus pro corruptis in Scolio verbis προγόναν δὲ μνᾶσις, clare intelligitur. Tentabat HERMANNVS in libro de Metris p. 453 πρὸ χρῶν, ingeniose profecto; eam probavit nuper eruditissimus JACOBS Animadvers. in Antholog. graecam III, 2. P. 539. Sed Philosophus, hac usus circumloquutione: οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς, se invenisse in libro suo ostendit: πρὸ ᾠδῶν δὲ μνᾶσις, in quo etiamnum *) acquiescendum putamus. Denique vitium, quo ultima Plutarchi verba contaminata sunt, et PIERSONVS (Verisimil. p. 258) tollere studuit corri-

*) Proposita est conjectura primum in Censura ista ephemeridum Jenensium, deinde recepta in nostram Diodori editionem lib. XI. c. 11, ubi idem Simonidis carmen a scriptore commemoratur.

gendo ἀλλὰ θείων, et Toupius (Emendatt. in Suid. et Hesych. II. p. 413) substituendo ἀλλ' ἐτείων. Quorum utrique quamquam gravia obtigere suffragia, Toupio quidem scriptoris nescio cujus apud Jo. Stobaeum p. 460. speciosa auctoritas, Piersono autem Wyttenbachii assensio: tamen neuter orationis Plutarcheae concinnitati satis fecit. Legendum potius ex ipsa oppositionis lege: ἀλλ' ἀσόνων ἀπαρχῶν, ut recuperent tandem δάκρυα ἐπώδυνα, quod ipsis recte, contrario etiam epitheto, opponatur.

In librum, qui inscribitur *Amatorius*, non minus multa Plutarchus e poëtis transtulit, invitante ad talem exornationem ipsa materie. Unum ex his locum tangere lubet. Nempe pag. 758. B. (To. IV. p. 39. ed. Wyttenb.) agitur de providis deorum in homines cura, quae suis non careat molestiis. „At illo (ita pergit scriptor) nullum munus dicere possis sanctius, neque contentionem aut certamen, cujus arbitrum potius deum deceat esse, quam sollicitudinis de formosis et assectationis amantium."

> Οὐδὲν γάρ ἐστιν αἰσχρὸν οὐδ' ἀναγκαῖον, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ χάριτι ἐνδιδοῦσα πόνον ἡδὺν ὡς ἀληθῶς κάματον ὑφηγεῖται πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλίαν, κ. τ. λ.

Quae in his corrupta sunt, Wyttenbachius sic emendari voluit: πόνον ἡδὺν καὶ ὡς ἀληθῶς εὐκάματον. Non recordabatur vir praestantissimus loci germani, qui est in libro *de tranquillitate* pag. 467. D. (To. II. p. 908): ὡς δόξα ποιεῖ, καὶ τὸ τιμᾶσθαι κατά τινος δυνάμεως, πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον. Eodem modo illic reponendum: πόνον ἡδὺν ὡς ἀληθῶς κάματόν τ' εὐκάματον. De quo ne dubites, Plutarchus utroque in loco expressit versum Euripidis, Bacch. 66:

> Πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον.

Caeterum, ut hoc obiter addamus, nil frequentius illo librariorum errore, quo in continua verborum, quae simili vel sono vel literarum ductu gaudent, successione alterutrum verbum omiserunt. Ex hac observatione censendus est Plutarchi locus in libro *de Superstitione* p. 166, E. (To. I p. 659.): cujus loci nexum omnem et sententiarum ordinem, veremur, ne Wyttenbachius sua conjectura perverterit. „Superstitiosum", scriptor docet, „qui imperium deorum tamquam tyrannidem tetricam et inexorabilem metuat, fortuna uti longe deteriore, quam servos. Quippe his permissum esse lege, ut libertate desperata vendi se postulent, aequioreque domino praesentem mutent. Superstitiosis nullam relinqui deorum mutationem; ab iis semper metui, quos evitare, a quibus profugere vel transire non liceat." Haec sententia omnino inesse debet verbis: *πόσῳ δὲ δεινότερον οἴεσθε πάσχειν αὐτοὺς, ἀνεκφεύκτους, ἀναποδράσους, ἀναποσάτους.* At non inest, si cum Wyttenbachio subaudias ex antecedentibus *λαβεῖν δεσπότας*, atque caeterum corrigas: *πόσῳ δὲ δεινότερον οἴεσθαι πάσχειν αὐτοὺς (λαβόντας δυστυχεῖς δεσπότας) κ. τ. λ.* h. e. *Quanto cum graviora putemus pati, qui sibi ipse sit dominus infelix, a quo effugere, transfugere, discedere nequeat.* Corrigendum potius: *πόσῳ δὲ δεινότερον οἴεσθε πάσχειν πτώσσοντα τοὺς κ. τ. λ.* Sensum, non item legitimam verborum junctura, vidit Xylander, ita interpretatus: *Quanto deteriorem putatis esse eorum sortem, qui metuunt, quos evitare — non licet.* At singularem numerum requirebat concinnitatis lex: nam et antea sibimet invicem opponebantur *οἱ δοῦλοι*, et *ὁ φοβούμενος, ὁ φρίττων, τρέμων, δεδοικώς.* Quibus synonymis scriptor denique addit *πτώσσοντα*: de quo verbi usu conferatur Schneiderus ad Oppianum p. 418.

Similem mendum similiter ex causa exortum latet in Plutarchi libro *de discrimine adulatoris et amici* p. 71, D. (To. I. p. 271.): *διὸ δεῖ σοφόδρα φυλάττεσθαι καὶ ταῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, τὸ μὴ παρατιθάσσεσθαι, μηδὲ ἐθημαγωγεῖν, ἀλλ' ὑπήσιφόβρως καὶ θηρατευτικῶς χρῆσθαι τῇ παῤῥησίᾳ βουλόμενους.* Wyttenbachius: „Non una est, inquit, ratio, qua sententiae defectus expleatur. Hemissima ea, si *ἀλλ'* mutemus in *τυύς*." Vix putem. Scripsit, nisi fallor, Plutarchus: *χρῆσθαι τῇ παῤῥησίᾳ παῤῥησιάζεσθαι βουλομένους.* Ad quam normam Wyttenbachius ipse p. 95, A. (T. I. p. 365.) vere emendavit: *τοὐναντίον ἔοικεν τῇ φιλίᾳ* (pro *ἡ καλουμένη*) *πολυφιλία ποιεῖν.*

Revertamur ab hoc deverticulo ad id, quod institueramus, ut, quo modo poëtarum colores agnoscendi sint in Plutarcheis, sublatisque corruptelis restituendi, novo exemplo appareat. Elegans est ex hoc genere, necdum satis intellecta, descriptio hominum, intemperantia diffluentium, in libro *de cohibenda ira* pag. 463, A. (To. II. p. 887. ed. Wyttenb.):

> *Διὸ τῶν μὲν ἀσώτων ταῖς οἰκίαις προσιόντες, αὐλητρίδος ἀκούομεν ἐωθινῆς, καὶ πηλὸν ὥς τις εἶπεν οἶνου, καὶ σπαράγματα στεφάνων, καὶ κραιπαλῶντας ὁρῶμεν ἐπὶ θύραις ἀκολούθους.*

Legebatur olim *ὅστις εἶπεν*, quod Dorvillius ad Charitonem (p. 222, ed. Lips.) perperam mutabat in *ὥς τις ἐποίησεν.* Quam dedimus lectionem e bonis codicibus bene restituit Wyttenbachius, notare forsan oblitus, in hoc loco non solum poëticam dictionem, sed trimetros inesse Comici cujusdam, facili illos negotio in ordinem redigendos, et a Plutarchea oratione discernendos. Nec probare possumus, servatam Wyt-

tenbachio esse etiam hoc in loco Xylandri ineptam versionem, quam satius erat, Tubingensi editori novis ineptiis colorandam relinquere. Sed *πηλὸν οἴνου* ne quis posthac *argillam terra vino rigata factam* interpretetur, cavebunt fortasse animadversiones *Casauboni* in Athenaeum p. 661. et *Toupii* Emendatt. in Suidam et Hesychium T. I. p. 306.

Joh. Friderici Christii

Professoris quondam Lipsiensis

Anecdota quaedam

in gratiam

Christiani Felicis Weissii

descripta

a

Friderico Volgango Reizio.

Joh. Friderici Christii Anecdota quaedam *).

I. Ex Itinerario.

D. 23. Maii Magontiaco.

Discessuri lembum conduxeramus, quo Coloniam Ubiorum Agrippinensem veheremur secundo amni,

*) Placebunt haec, speramus, non modo iis, qui auctoris amoenum ingenium et insignem candorem vel e consuetudine pristina vel e scriptis ejus adamarunt, nec Lipsiensibus tantum, quorum academicas res, quales tum scilicet erant, multo vir optimus sale perfricuit, sed omnino studiosis humanitatis, qui, quantum Latinae orationis, Christio propriae, genuinus color ab hac novitia barbarie distet, novo exemplo cognoscere voluerint. Utinam exoriatur tandem, qui, quae singulatim edita feruntur, necdum una editione comprehensa exstant, Christii brevia scripta in unum corpus redigat, redacta nostris hominibus denuo commendet! Plena enim sunt antiquae elegantiae, rerumque reconditarum et exquisitarum referta et locupletia. Hunc quidem libellum, qui nunc primum in lucem profertur, Reizius olim gratum munus obtulerat Weissio, ut Lipsia disce-

Navigio rheda imposita et tres remiges adhibiti: oneris, praeter corpora et sarcinulas nostras, nihil. Erat optima tempestate valde jucundum inter perpetuos opidorum arciumque vetustissimarum altissimorumque montium prospectus iter. Profundo fluminis alueo, rarius in campum explicantur ripae, magnam partem inuiis rupibus ac saxis siluisque horridiores: at, qua solem respiciunt, pendentibus e saxo vineis cultissimae. Verum haec paullo infra Magontiacum, cuius longe clementissimus pulcherrimusque situs est, et ubi latissimus recepto Moeno Rhenus per planitiem excurrit, tantoque facilius, quanto remissius labitur aperto sinu flumen, ponte navibus imposito consternitur. Propter eum navigantibus nobis successu venerunt sub conspectum, Castellum Traiani vetus, hodie vicus non magnus, (*Cassel*) Bibrica, e dextris, et sinistrum, Montibacium, post rursus dextra, Qualfum, (*Walluff*) vicus, et Elifeld, aliis Eifeld, opidum parvum, pagi bonitate vini nobilissimi, quem Rincavium appellant, (*das Rhingau*) initium, atque secundum aliquos terrarum descriptores caput. Sequuntur eodem tractu, Apribacium (*Eberbach*, al. *Erbach*, *Eibach*) sodalitatis monasticae domus cum vico, Hattenhemium, et ex adverso in sinistra ripa positum, Hedeshemium, Estrica, Vinquelium (*Winkel*) rursus dextra, et omnia ut vallo non munita, ita praeter amoenitatem situs, tectis et habitu decora, opidorum in speciem. Re-

---

dens veteris haberet amicitiae μνημόσυνον: mecum ante aliquot annos communicavit superstes Reizio praeclarissimus senex, in quo adolescens quondam et praesens redditum mihi parentem venerabar, nunc absens ut diu possim amicum venerari, ex animo precor.

E.

motior a ripa ibi dextra spectatur altioribus tectis arx edita, cui Mons Johannis nomen; Praepositi olim, deinde Abbatis, nisi fallor, sedes, Magontiaco subest. In eadem deinde Rincaviensi ripa speciosius etiam situ ad flumen vetustisque turribus ac tectis exsurgunt Queisenhemium (*Geisenheim* et al. *Keisenheim*) et Rudishemium, opida nobilissimi vini praestantia vulgo commendata. Opidis plerumque arces in eminentibus pro locorum natura saxis additae, sed jam nunc ruinis deformes: sive temporis vitiavit longinquitas, et in pace dominorum incuria; seu hostilis quassavit manus. Et jam praetervecti Rincavium tractum, oppositum Rudishemio Bingium spectabamus, vetustissimum cum arce adsita opidum, commendatum olim ac firmum situs opportunitate, atque ob id rebus ibi gestis in antiquorum libris celebratum. Scilicet quo in angulo situm est Bingium, Navae flumen recipit Rhenus: quae notat eleganter et adumbrat Ausonius initio carminis, quod Mosella inscribitur.

> Transieram celerem nebuloso lumine Navam,
> Addita miratus veteri nova moenia vico,
> Aequavit Latias ubi quondam Gallia Cannas,
> Infletaeque jacent inopes super arva cateruae.

Non longe infra Bingium, in medio Rheni alveo in conspectum venit vetus et inculta turris, et nulla magis re memoranda quam veterum errore et promta superstitiosaque ad quasvis offucias credulitate. Notum est enim quod fertur de Hattonis pontificis olim Magontiacensis exitio. At illa turris sine dubio specula fuerat excubiis agendis, fortassis etiam capiendi a mercatoribus portorii caussa, in medio flumine posita: et inde nomen adepta, *der Mäuse-Thurm*, quod *Mausen*, uti *Warten*, *Lugen*, *Losen*, *Spähen*, veteribus significaret, *speculari*, veluti hodieque non infre-

quenti convicio planum percontatoremque a speculando appellitant, *einen Mäuse-Kopf:* aut, si mavis, a vocabulo *Maut*, *portorium*, dicta sit olim, *der Mauts-Thurm*, et ejecto ob difficultatem enunciationis τῷ T, *der Maus-Thurm*. Quare imperita plebs delusa verbo ancipiti, a muribus esse nomen opinata, et quae feruntur, eas facile commenta est fabulas. *Topogr. Auchiepisc. p. 12.*

Iisdem in locis breviore fluminis, ut aestatis initio, a siccitate vado, et quod aestuabat ob id ipsum multo cum stridore decurrens super latentibus scopulis aqua, Scyllaei promontorii, si fas est cum magnis parva componere, quandam imaginem, (*das Bingener Loch*) tanto leviore periculo navigavimus, quanto minore onere cymba premebatur. *ibid.*

Simul editum ac vetus a dextris suspeximus castellum, cui Rupes honoris nomen, (*Ehrenfels*) et Asemanium sam vicum: a sinistris Castra Traiana, (*Drecks-hauſen*, vel potius, *Trechtings-hauſen*) vicum hodie, sed ut sunt in illo agro, spatiosum et structura non inconcinnum, et rursus dextra Lauriacum monasterium, (*Lorich*) et Lauriacusam. In sinistra interea ripa obvenit Dibacium, et paullo post Baccara, quam veteribus, quae feruntur, Bacchi monumentis, et cujus admiratione haec posita creduntur, vini olim praestantia claram, Henr. etiam Stephanus, a Germanorum hospitalitate eo loci temulentus, eleganti carmine Latino celebravit. (*Bacharach*) Ibi se tollit jugum, quod cum ab Hunis tulisse nomen putetur, *der Huns-rück*, perperam intellecto vocabulo *Dorsum canis* vulgo vocatur. Inde Cobium venimus, (*Caub*) opidum situ non ingratum, atque medio in Rheno positum in saxo vidimus vetustum Germaniae regum Palatium, si nomini fides, (*die Pfalz*) adeo horrido et iniquo in

Topogr. Palatin. p. 13.

Topogr. Palat. p. 22.

ibid.

loco, circumstridentibus undique aquis meram rupem, atque ob id in coecos declivem scopulos, et aucta rapiditate fluminis molis objectu, ut ibi vix nauem appellere integrum, et tremendo potius carceri ad terrorem damnatorum capitum, quam praetorio eum locum esse rectum putes. Ceterum neque spaciosum est, neque ulla elegantia spectandum, sed firmum tantum contra vim hostium, et vetustae simplicitatis documento probabile. Hodie castellum est ad obtinendas Rheni fauces loci natura non invalidum, et tenetur praesidiario milite. Inde Vesaliam superiorem, in veteribus monumentis Vasavi- *Topogr. Arch. pag. 36.*
am vocitatam, attigimus, Romani operis muris adhuc cinctam, cui arx adsita, vocabulo, *Schönberg*, atque in eadem ripa ad sinistram Sancti Goaris Fanum, (*St. Goar*) cui spaciosa et firma ac tectis principalibus exsurgens edito in saxo arx adiacet, lupis Rhenanae nomine. (*Rheinfels*) Quorum e regione ad radices montium flumine alluitur, Goarisusa, (*Goarshausen*, vulgo *Gewershausen*) et in rupe item vicinum castellum multo quam illud alterum breuius, sed firmum, Arx Cattorum. (*Die Katz*) Atque ibi praealtum montani tractus et late diffusum exsurgit jugum, quod multi pro Rheticone Melibocum Cattorum, verius enim et certius mons Melibocus, alius saltem, in Cheruscis, Visurgin inter et Albim, quaerendus est, ideo appellitant et esse arbitrantur, quod e composito Cattimeliboci nomine vocabulum illud, quo Comitum titulo ille ager habetur, (*Katzen-Ehlenbogen*) credibile sit ortum fuisse: neque non pertinet ad id nomen efficiendum, quam modo diximus, Arx Cattorum montis illius prope initium. Porro notavimus a dextris Vuelmicium, s. Vuelmena-

cium, scribitur enim, nisi fallor, *Welmich* et *Welmenach*, Erendam, Hercenacum, a sinistris Salsicium et Rodobrigam, sive vulgato hodie nomine velis vocare Boppartum, vetus opidum, situet aedificiis juxta decorum. Post haec interiorem ripam obsident Brubacium, et Loganostenium utrumque, (*Ober- und Nieder-Lahnstein*), inter quae Loganae flumen in Rhenum infunditur, (*die Lohn* s. *Löhn*) quod Nassoviorum percurrit agrum: in exteriore Rheni ripa sita sunt, antequam Loganostenium venitur, Remisa vetus opidum, (*Remse* s. *Reense*) et olim comitiis secundum Germanicam libertatem sub dio plerumque atque e dignitate candidissimi populi celebratis, et obedientia iniquis Romanensium praesulum imperiis magno animo negata, clarissimum; hodie incultius: et Ambitarinus vicus, hodie, Capella. Huic in monte vicino castellum additum, nomine *die stolze Veste*, et Loganostenio superiori aliud *Lahn-Eck*, s. *Lohn-Eck*, Brubacio item aliud Marciburgum. Harum in arcium prospectu cum citatis remis impellerent nautae lembum, dies nos destituit, quo minus, quod destinaveramus, Confluentes teneremus, atque ibi adquiescere possemus. Quamobrem ad vicum aliquem Loganae ostio vicinum, Ambitarinum, puto, nauem appulimus, et, quod popinae rusticae sordes experiri nollemus, in puppi pernoctavimus.

Die 24 Maii Ambitarino.

Primo mane iussu nostro nauem solverunt nautae, qua brevi defluximus, et propter castellum firmissimum in rupe, atque ad eius radices exstructam domum principalem, utrique nomen est, Arminii saxum, *Hermannstein* et *Ehrenbreitstein*, venimus Con

fluentes. Ibi sacris privatim celebratis, et sumto deinde prandio, opidi situm inspeximus, amoenum valde, atque vitae necessitatibus copiisque paratissimum. Verum et vetera ubique tecta neglectu et sordibus horridiora, et viae atque angiportus, quanquam praesente tum sacrorum caussa in opido pontifice, solitudine deformes. Arcis contra in adversa Rheni ripa laetior species, quam quo minus etiam adirem et inspicerem, itineris festinatio inhibuit.

Eod. die 24 Maii Confluentibus.

Ad vesperam conscenso navigio, propter opida Engeram, (*Engers*) Novietum, (*Neuwied*) Fridericostenium, villam, et Amfarium, dextra. Antunnacum venimus ex adverso positum, locus antiquis etiam scriptoribus celebratus. et castello, ut alia multa in eo tractu ad Rhenum, dilectus a Romanis. Hodie parvum est opidum, (*Andernach*) sed situ pulcrum, et pro ingenio illius agri non incultum. Antunnacum contra adspicit in altissimo monte posita arx, cui nomen, *Hammerstein*; et obliquum descendentibus flumen occurrit. Ante modo item dextrum Ludesdorfium praetervecti eramus, et mox Brisicium vidimus, sinistrum; dein in adversa rursus ripa situm Lynceium. (*Linz*) Ibi in opposito latere Rhenus Arum flumen recipit, veterum fortassis Abrincam; unde, uti a Vieto, qui proxime Novietum in Rhenum influit, comitum Vietensium, (*der Grafen von Wied*) Arimontiorum et Novarensium tracta sunt nomina, (*v. Ahrenberg, u. der v. Neuen Ahr*) neque, ut antea vulgatum est, ab aquila, ut Novae-aquilae comes, Novenarius, vel Novarensia dicendus esset. Post Lynceium veterum Rigomagum vidimus (*Rhyn-*

Topogr. Arch. pag. 33.

Ibid. p. 48.

Ibid.

magen) e sinistris, et Unquelium, dextrum, brevissimum opidum: deinde, praetervecti castrum, cui Mons draconis (*Drachenfels*) nomen, Guinterium (*Königswinter*) venimus, prope quod, ingruente iam nocte, navem appulimus, atque in ea, ut superiore die feceramus, pernoctavimus.

D. 25 Maii Guinterio.

Topogr. Arch. pag. 49. Oriente sole Bonnam venimus, et in popina ad forum perperam instructa et sordida satis male accepti, situm opidi neque magni, neque speciosi, regiamque pontificis in transitu inspeximus. Inde profecti post horam X Coloniam Agrippinensem tenuimus. Urbs antiqua et magna, situ valde opportuno ad ripam fluminis extenditur, atque in hemicyclii formam antiqui operis muris et posthaec adiecto vallo circundata, viis per inferiorem urbem a flumine directis, distributae quam occupatae etiamnunc similior est. Secundo flumine venientibus, primum moles in Rhenum producta, et moli veteris structurae castellum sive turris imposita, deinde basilicis ac templis speciosum opidum sub conspectum cadit. Tecta civium neque parva omnino, neque obsoleta et sordida, sed pleraque vetustissimas ad rationes lapidibus structa, duraverunt, et quaedam veluti speculis et minutis turribus ad antas in summo adjectis, castellorum potius quam privatarum aedium naturam imitantur. Vidi eo die quosdam e celebrioribus urbis vicis, et non longe dissitum a diversorio, quo utebamur, forum oblongum et arboribus positis exculturn, (*den Heumarkt*) Curiam item semigothici e seculo XVI, quantum iudicare poteram, operis et exemplis veterum aestimoniorum de Ubiis, et eo-

Ibid. pag. 41. Huius urbis tamen ibi desiderantur scenographiae.

rum colonia, lapidibus incisis, perque intercolumina distributis, quodammodo spectanda est *). Inter haec earundem manuum anaglypha, quorum in uno pugna Simsonis cum leone e sacris litteris expressa, fabulae locum dedit de praetore Ubiorum, qui talem belluam sica interemisset. Ceterum porticus ad curiam circumductae et pavimenta sub his et gradus marmorei satis munde habentur: et durat adhuc inter cives liber spiritus, et quaedam vetustae originis ostentatio. Verum haec atque alia coniuncta cum superstitione et pravae religionis terriculis, rerum omnium inscientia et metus ac desidia adeo sufflaminant atque impediunt, ut neque mercaturae copiis urbi beatae satis, neque bonarum artium usu civibus ingeniosis, eruditis, liberis ac fortunatis esse liceat. Ut esset aliquis, cujus monitis et ductu in urbe inspicienda uteremur, virum doctum, nomine Simonis, oriundum ex Ubiis, et professione medicum, cujus notitiam familiaris Lugduni Batavorum frater habuit, misso mercenario salutaveram: is postero die se affuturum recepit: et nos interea in taberna pernoctavimus.

D. 26 Maii Colon. Ubiorum.

Convenit nos is, quem memoravi, fratris amicus, atque uti doctrina et moribus excultus, ita, quanquam sequeretur Romanensium sacra, a superstitione alienissimus, eam nobis se operam praestiturum exhi-

*) Obelum adjecerat Reizius, religiosissimus homo, qui magistri sui scripta non minore, quam Veteris librum, reverentia tractabat. Apertum est, scribentis errore casum quartum Curiam, comitam etc. positum esse pro primo.

buit *) facile. Eo comite conscendimus rhedam, et urbem percurrimus. Primum vidimus templum majus, ingenti structura, et satis, secundum illas rationes, speciosa: dehinc in eo thesaurum, (*die güldene Cammer*) auro, gemmis ac margaritis copiosum, in vasis quidem nonnulla Graecae, sub imperatoribus Byzantinis postremis, officinae, satis diligenter elaborata mihi videbantur. Magorum ex Oriente profectorum ad Servatorem humani generis reliquias, quae feruntur errore poenitendo, neque volupe fuit inspicere, neque, transactis ante superstitiosis in ea re sacris, adeuntibus nobis facultas fuisset. Separatim deinde atque in alius templi sacello monstrata nobis sunt Ursulae et Undecimilae Virginum multiplicata toties ossa: partim in capsis argenteis humanorum pectorum et capitis formam imitatis reposita; partim in parietibus suspensa, et argute ordinata atque operis tesselati in speciem digesta. Obiter miserati sumus crassam sacrificuli, qui ea monstraret, inscientiam, et circumstantis plebeculae coecam in spectandis feralibus exuviis religionem. Unam et alteram ille urnam inter haec veterem ex armario protulit marmoream, et affirmavit esse ex hydriis Canae positis: cetera id genus. Post illa nos contulimus in Anachoretarum s. Carthusianorum domum, potissimum bibliothecae videndae caussa. Celebrabatur illa ab imperitis earum rerum. Namque introducti ab aliquo primorum ex illa sodalitate, cui honesta satis facies, at litterarum non multum supererat, facile inveniebamus, quid rei esset. Neque enim voluminum numero, qui vix adscendat ad duo vel tria millia, neque praestantia librorum et judicio poterat adprobari. Calamo exscri-

*) Scribere voluit auctor promisit, vel simile quid. Aderat obelus Reizii.

plos codices invenī in armario nonnullos, et excussi quantum poteram, neque enim sciebat additus nobis Anachoreta, quid ex illis conspectu dignum esset. Erant quaedam exempla Bibliorum, secundum Vulgatam, sat probae notae: et praeterea actorum Concilii Basileensis codex authenticus; ex actis sanctorum fratris et sodalis indigenae, qui Surii discipulus fuerat, sed nomen excidit, excerpta non inerudita; reliqua ejusdem generis. Optima maxima in vetustis libris quae habentur, bonique auctores * * *

II. Academica.

D. XXIII Aprilis a C. N. CIↃIↃCCXXXX. Lipsiae magistri et doctores IIII nationum convenerunt creandi caussa novi Universitatis rectoris. Id munus nationi Bavaricae, et in ea debebatur mihi, cum e sententia statutorum, quae uni saepius repetitos et quasi continuatos honores in hac academia credi non debere monent. tum etiam more praesenti, qui adhuc cooptatos recenter collegas ad Rectoratum, ut primum eos natio et locus tetigit, vocavit. Ego vero ut dudum cooptatus valere inter eos debebam, qui non alia magis re quam modestia mea, quae ante capere potuissem, priora occupaverat loca *). Erant praeter me collegae duo, quorum haberi omnino ratio posset. Verum alterum legis scriptae sententia arcebat, quod ante hos duos annos proximum huic novo, qua per leges licebat, magistratum gessisset; alterum, quod saepissime antea eo esset functus, et jam nunc detrectabat **). Superēram unus, quem supra jus et

*) Immo occupaverant. Reizius obelum addiderat.

**) Appicto obelo Reizius variam, nisi fallor, structuram verborum confixerat; esset — detrectaba. Sed ea

morem, ordo quoque et locus designabant. Aliquot ante comitia tempore plures me appellare et futurum Rectorem dicere: ego modeste respondere, malle me eo onere, ut erat, carere: quodsi omnino operam meam poscat resp., neque vacationem det, paritu-rum ostendere. Atque erat reapse animus mihi ab omni cupiditate hujus honoris alienus. Primum, quod ad hanc urbem me contuleram, non tanquam ad remp. accessurus, sed tanquam ad secessum et in solitudinem sacri velut luci, in quo cum litteris per quietem et innocentiam versarer. Deinde, quod antea adolescentulus majore dignatione, et meliore honore fueram, quam quem mihi conferre haec urbs posset, in qua adeo non curavi, quo loco in his umbratilis vitae conventibus essem, ut saepe secundum illos libenter sederem, quales domi etiam famulos adspernatus fuissem, nedum ut hi scholastici gradus quidquam pertinere ad me, qui majora non adpeteveram, viderentur. Ut me nemo vir melior Lipsiae, nemo modestior esset; rectiora et salubriora pulcrioraque sentiret, cogitaret, edissereret nemo: is demum unus honoris alicujus gradus, majorum meorum honestate et bonorum omnium de me existimatione dignus est visus, quem in publico rerum honestarum naufragio ambirem. Haec igitur me ab omni jurisdictione et reip. cura revocabant, et quod intellegebam, inclinatam ac fere perditam esse eam academiae partem, neque sustineri nostra opera posse. Hoc pacto cum essem animatus, aliquos collegarum paucis ante comitia diebus per factionem coire, capita conferre

---

legitima videtur hoc loco, si quidem prius illud rem consuetam sed vicissitudini obnoxiam, posterius certum et firmum hominis consilium indicat.

sentiebam, ne mihi Rectoratus crederetur. Futura enim erat contentio perridicula super loco subselliorum, quem extorquere doctoribus collegae magistri nitebantur. Eam controversiam mihi, qui talia magno petentes spiritu ita audiebam, ut risum tenere vix possem, liberrimus rerum vanarum, et paedagogicae praesertim gloriolae semper contemtor, videbant recte commendari non posse. Accesserat offensiuncula e lectione Syndici, cujus quidem causa honestissima mihi, illis poenitenda. In ea enim re illi aliqui item per factionem consenserant in eum Syndicum creandum, quem minime conveniebat, quique pessimo publico futurus erat. Rationes ita subducebant, ut se reliquos sibi suffragantes habituros, ne propterea adeundum non putarent: sive quoniam solebant, me ad honesta minus consilia perduci non posse, sive quod aequitatem et modestiam meam homines imperiti neglegentiam interpretati, putarent me in ea consensurum subito, quae ipsi se velle ostenderent. Eo die conventurae erant nationes IIII Syndici caussa: ad Paaiphilum ego mane accessi, tanquam ad amicum mihi, et illius consilii non expertem. Cognovi eam sic de candidatia existimare, ut ab illo, qui sine ullo dubio optimus erat, esset alienissimus, nullam aliam ob caussam, quam aemulatione ex pravis contentionibus inter collegas ortis: mavellet illum, qui, si futurus esset, rem academicam pessime haberet. Cum ventum esset in ovile nationum congregatarum, apparebat plerosque, eadem aemulatione corruptos, ad illum spectare perniciosum rei scholasticae candidatum. Ibi me circumire Cilix, tentare et explorare animum meum quaestiunculis, ut introspiceret, in quem sententia mea esset futura. Cum nihil responderem, nisi aequitatem me, et quidquid academiae

consultum foret, respectaturum; moneremque, ut ipse optimum potius et honestissimum vellet, quam miserrimum aperire ille animum suum, monstrare, et se et Mysum, cujus inprimis valere consilium putabatur, cum vello ex candidatis, quem isti quoque per factionem volebant, quemque ego longe pessimum esse censebam. Scilicet putaverat me auctoritatem Mysi et suam, ubi aperuisset animum, secuturum. Interea ad consulendum in subsellia concedimus: sententiae feruntur per tabellas: sequor equidem honesti animi propositum et justi unam rationem: idem fortasse animus et nostri respectus traxerat aliquem: extrahuntur tabellae: plures sententiae, stupentibus Myso ac Cilice, pro illo numerantur, quem, quia esset optimus, isti minime voluerant. Atque hac re, et mea unius sententia, factum est, ut ille optandus candidatus lectus proclamaretur. Verum hoc idem, quod isti ambitiosi per me stetisse facile poterant conjectare, offensos mihi eos reddidit. Hinc illae igitur coitiones. Cum una essemus in coena XX viri collegae prope omnes, Cilix id agens, ut ostenderet non debere conferri mihi Rectoratum, mensis secundis positis Milonem prope accumbentem instigat, ut scyphum sibi poscat, rectori futuro propinet, nomine addito illius, qui jure futurus non erat, neque factus est, quod et saepissime fuerat, et detrectabat in praesenti. Tamen hoc eo valiturum putabat Cilix, ut intellegerent omnes, meae dignitatis rationem a factiosis non haberi. Milo, qui nunquam cogitare, rectumne sit an temerarium quod agat, solet, neque quidquam pensi habere quod dicat*), dicto audientem se prae-

*) Rabelais IIII, 32. S'il parloit, c'estoit gros bureau d'Auvergne, tant s'en failloit que feust sage chamoisie, de

bet, scyphum dextra elevat, salutat rectorem futurum, ut certum, nomine adjecto: sequitur unus et alter, sive offensae metu, sive imperitia. Et erat haec bibendi formula immodesta, temeraria, moribus hujus universitatis adversa: neque decebat eum antea verbis declarari, qui libera lectione quaerendus erat. Ne verbo quidem notat eam rem Myesus, et mussat praeter solitum Pasiphilus, cui solemne est obloqui et nasum exercere adversus omnia. Ego in his vultu bello agere, tanquam qui parum curarem, quid illi rerum gererent, neque pervenerat ad me scyphus. Interea, qui primi accubuerant, credo pudore victi ob eam temeritatem, surgunt de mensa; eorum exemplum sequuntur reliqui; coena tollitur: nulla amplius novi rectoris mentio. Post paucos dies cum congregati creandi rectoris caussa essemus, aliqui congratulari mihi velle, ut futuro: ego, ut solebam, abnuere; malle me dicere, ut alius quilibet huic oneri succedat: mussare Pasiphilus et alii nonnulli, quorum in manu res illa fore videbatur. Equidem eo animo accesseram, ut, si possem honeste ac decore, abnuerem: sin serio et constanter poscerer, facerem mei copiam academiae et recta suadentibus. Quodsi per factionem isti alterum ex illis duobus, quos non decebat, legerent, atque eo recusante me deinde velut vicarium et succidaneum illi adderent, ut ne perducerer ab hominibus scholasticis omnium que rerum imperitis ad subeundam conditionem tam parum honorificam atque alienam a dignitate mea. Verum illi, cum ventum esset ad ipsam rectoris creationem, diu inter se disceptare: erat enim, ut opinor, unus et alter, qui meam caussam peroraret, et factiosis contradiceret:

---

laquelle vouloit Parisatis entre les paroles tissues de ceulx qui parloient à son fils Cyrus Roi des Perses.

postremum consentire in eum creandum; quem minime oportebat, quique proximo loco ante hos duos annos, fuerat. Ibi adsessa vocabamur: ego una cum isto creando; quibus, tacente et concedente Pasiphilo, cujus fuisset verba de ea re facere, in hunc sententiam loquitur homo clarus scilicet, nihil enim attinet ejus scripsisse nomen, quem nihil, ut puto, attinuit natum esse, ut significaret temporis caussa legi eum rectorem. Tempora enim talia virum poscere. Quod sive socordia, sive amma, sermone praesertim Latino, infantia, sive aliquo consilio, siquod est in eo, dictum expressit, non debuit silentio praetermitti a Pasiphilo vel a Rozensi, qui simul aderat. Nae enim si sic insistunt agere, si perrexerint lacerare per factiones rem academicam, sentient aliquando virum esse, quem adhuc, discouvenientem ab inconditis eorum moribus, humanitate et comitate minorem habuerunt. Verum et illi tunc taouerunt, et qui creari videbatur cupidissime delatum honorem arripuit, et ego, quando tempora poscerent fligunm rerum magnitudini scilicet ac naturae, magistratum ei gratulari.

EX SUO SCHEDARUM ALIQUOT IOH. FRIDER. CHRISTII EXEMPLO DESCRIPSIT PRID. KAL. NOV. A C. N. CIↃIↃCCLVIIII IN GRATIAM PRAESTANTISS. VVEISII FRIDER. VOLGANGUS RITIUS VINGEMIUS.

Obeli aliquid a manu scribentis Christii vel omissum, vel perperam positum, notant.

Alcaei

Hymnus in Mercurium

e fida Horatii (Od. I 10.) versione, quantum fieri poterat, restitutus

a

G. F. Grotefend

Gymnasii Francofurtensis Prorectore.

Alcaei

Hymnus in Mercurium

e fida Horatii (Od. I, 10.) versione, quantum fieri
poterat, restitutus

a

G. F. Grotefend

Gymnasii Francofurtensis Prorectore.

Argumentum totius carminis Horatiani Od. I, 10, quod Ovidius Fast. V. 663-668 suo modo imitatus est, Alcaeo deberi, dudum constabat e Porphyrionis scholio: *Hymnus in Mercurium ab Alcaeo*, quem et laudat Pausan. VII, 20. Graeca autem ubique dictio et abstrusior passim verborum structura abunde satis docet, Alcaei carmen non tam in paucis adumbratum esse ab Horatio, quam fide translatum in latinum sermonem. Quae res ut clarius appareret, retrovertendi Horatiani carminis periculum feci, quod quidem ut diligentius examinent, doctos lectores rogatos esse velim. Equidem plura nondum exacta esse mihi persuadeo, in primis autem haereo in reddenda propria Alcaei dictione ingeniique indole. Quod ad *metrum* attinet,

videri quidem possit; Horatium in hoc quoque carmine, ut in praecedente Od. I, 9. idiomatis numeros esse sequutum, praesertim quum Alcaeus diserte Sapphici metri, quo Horatiana versio scripta est, repertor dicatur. Putsch. Gramm. p. 261c. Sed initio statim, quum Horatii carmen retrovertere coepissem, Alcaicum metrum deprehendi, atque uti difficile foret, restitutum Alcaei carmen aliis quam Sapphicis numeris in latinum sermonem transferre, ita vix aliquem fore puto, qui Horatianum carmen alio quam Alcaico metro retrovertere possit. *Dialecton* Alcaei Aeolicam fuisse constat; at ex ipsis ejus fragmentis, quae in usum Schweighaeuseri V. D. metris suis restituere conatus sum, non omnia, quae propria sint Aeolicae dialecto, in Alcaeo sectanda esse cognovi; Alcaeique dictionem non magis esse ad Aeolicam loquendi rationem aestimandam, quam metrum ejus ad leges, quas Horatius sequi statuit. Sic e. g. Aeolicam declinandi nominis rationem in Alcaei fragmentis non deprehendi, qua jota in tertio casu abjicitur, in quarto contra ponitur pro *ν*, quod antiquitus adfuisse videtur, ut scilicet *τιμὲς* pro *τιμαῖς*, *τιμαὶς* contra pro *τιμὰνο* sive *τιμὸς*, *νόμω* porro pro *νόμῳ*, *νόμοις* denique pro *νόμονς* sive *νόμους* dicatur. Itaque communem graecae linguae loquendi rationem sequutus sum, in quibus Aeolicam dialecton respicere haud necesse putarem. Accentum mutare vel Aeolum more ab ultima syllaba retromovere, ut e. g. *καλὲς* pro *καλῆς*, *ὄρφανος* pro *ὀρφανὸς* cet. scriberem, minoris feci, quam ut observata illa regula perspicuitati obessem; in voce *ἀμενῆνα* vero accentum removi, quod ultima esset elidenda. Quae spectanda putavi, sunt praeter digamma Aeolicum, de cujus usu vid. Priscian. ed. Putsch. pag. 545. sqq. *α* litera pro *η*, ubi non deesset exemplorum auctoritas; participium *εἰς* pro *ὤν*, Ionica nu-

meri neglectus in Ἀτρείδας, et Aeolica Verbi contracti forma ἐλαῖς pro ἐλᾷς; alteram formam ἐλαΐς necessitas non magis requirit, quam πάϊς pro παῖς.

Ἕρμαον, Ἄτλαντος λόγι' ἔγγονε,
Νέϝων ὃς ἀνθρώπων ἀγρίους τρόπους
Φωνᾷ πεπαίδευκας περίφρων,
Εὐπρεπέος τε νόμῳ παλαίστρας·

Θεῶν σ' ἀείσω καὶ μεγάλου Διὸς
Κάρυκα, φόρμιγγος πατέρ' ἀγκύλας,
Σοφόν τε κλέπτειν, ὅσσ' ἄραρεν,
Ἠπεροπεύματι παιγνιώδει.

Σὲ μὲν βόϝας κλέψαντά ποκ' ἐν δόλῳ,
Εἰ μὴ πάλιν δοίης, φοβερῷ ϝέπει
Ὡς παῖδ' ἐνίσσων ἦν, φαρέτρας
Ὀρφανὸς εἷς ἐγέλασσ' Ἀπόλλων.

Πομπᾷ δὲ σῇ καὶ δὴ Πρίαμος, λιπὼν
Τροίαν πολύχρυσος, μεγαλάνορας
Λέλαθ' Ἀτρείδας Θεσσαλῶν τε
Καὶ πυρὰ καὶ δάϝιον στράτευμα.

Σὺ μὲν καλὰς ἐν γαθοσύνας ἔδει
Ψυχὰς τιθεῖς, ϝράβδῳ δ' ἀμενῆν' ἐλαῖς
Ϝείδωλα χρυσείᾳ, θεοῖσιν
Ὠρανίοις τ' ἐνϝέροις θ' ὁμιλῶν.

Animadversiones.

v. 1. Versione graeca probatur, quod Bentlejus ex sensus elegantia et imitatione Ovidii jam intellexit, in Horatii carmine *facunde* non cum *Mercuri*, sed cum *nepos esse* jungendum.

v. 2. Τρόπους, *mores*, Horatius *cultus* vocavit, quoniam νόμῳ v. 4. per vocem *more* reddendum erat. *More palaestrae* enim apud Latinos usitatum est, v. Lucan. IV, 614. et alia loca, quae Bentlejus laudavit: nusquam *lege palaestrae sive certaminis* invenies, quanquam oleum, quo palaestritae inungebantur, *legitimum* vocat Petron. c. 21.

v. 3. Graeca versio h. l. non solum verba Horatii omnia, sed eodem quoque ordine exhibet. Parum recte igitur Mitscherlich V. D. vocem *catus* cum *voce et more palaestrae* junxisse videtur, licet Ausonius epigr. 93. *Phegeus catus arte palaestrae* dixerit.

v. 4. *More* quidem Bentlejus τρόπῳ graece vertendum putavit, sed aequo jure per νόμῳ reddi potest. Nam apud Pind. Pyth. I, 120. leges Doriensium νόμοι Τλλίδος ϛάδμας et mox eaedem Αἰγιμίου τεθμοὶ appellantur. Ἐν Πανελλάνων νόμῳ Pind. Isthm. II, 56. de equestri certamine dixit, unde dijudicare licet, quid sit ἱππικῷ νόμῳ Olymp. I, 163. Hinc et Nem. X, 52. vulgarem lectionem ἐν Ἀδρασείῳ νόμῳ praetulerim, quum idem Pindarus mox v. 61. Ἡρακλέος τεθμὸν vocaverit certamen Olympicum.

v. 5. Διὸς, non Ζηὸς sive Ζανὸς dixit Alcaeus apud Athen. pag. 430. D. 481. A. ed. Casaub. *Deorum nuntium* Mitscherlich verbis Homericis ἄγγελον ἀθανάτων, Hymn. in Mercur. v. 3. sive διάκτορον vertit; apud Hesiod. Ἔργ. 79.

Mercurius vero θεῶν κήρυξ audit, unde Romanis *Caducifer* dictus, τῷ κηρυκείῳ in *caduceum* mutato scipionem. vid. Pind. Olymp. VI, 132. sq.

v. 6. Vertere potuissem καὶ λύρας πατέρ' ἀγκύλας, e versu vero sequente intellexi, Horatium copulandi particulam parum recte jam in secunda sententiae parte posuisse, quae in tertia demum poni debebat. Praeterea Mercurius non tam *lyram* solis fidibus canoram, quam cavam *testudinem*, χέλυν sive φόρμιγγα γλαφυρὴν, Homer. Hymn. in Mercur. v. 24. 64. invenit. v. Philostr. Icon. I, 10. Gesner. ad Argon. 380. et Ernest. ad Callim. H. in Apoll. v. 12.

v. 7. Κλέπτειν scripsi, non κρύπτειν: illud enim Horatius ideo per *condere* vertit, quod pro ἠπεροπεύματι *furto* reddiderat. Ἄραρεν pro ἄρηρεν penultima producta, pro quo Homerus ἤραρεν dicere solet.

v. 8. Quia in sequentibus versibus duo furti genera describuntur, primum in idiomate graeco ἠπεροπεύμασι παιδικοῖσιν fuisse putabam, ut voce παιδικοῖσιν ad παῖδα v. 11. alluderetur. Deinde vero non videbam, cur Horatius singularem pro plurali scripsisset, praesertim quum *jocoso* frequentiori ejusdem vocalis repetitione aures offenderet: itaque ἠπεροπεύματι παιγνιώδει scribendum putavi.

v. 9. E graeca versione apparet, vocem *olim* apud Horatium non cum *reddidisses* jungendam esse, ut Mitscherlichio placuit, sed cum *amotas*. Caeterum primariae sententiae vim magis activum κλέψαντα requirere quam passivum *amotas*, quisque, qui ingenium habet, facile sentit.

v. 10. Scribere potuissem: Ὡς παῖδ' ἐνίσσων ἦν φοβερῷ ϝέπει, Εἰ μὴ πάλιν δοίης, ut παῖδα propius ad σὲ collocarem;

sed altera collocandi ratio et Horatii verborum et sententiarum ordini magis convenit.

v. 11. Ἐνίσσων, Aeolica forma pro ἐνίπτων, sicut Aeoles νίσσω pro νίπτω, ἐμπίσσω pro ἐμπίπτω dicunt, respondet τῷ *minaci*, ut φοβερῷ contra τῷ *terret*. Ἐνίσσων ἦν graeco more, ut ἐνίσσων ἔτυχε, διετέλει.

v. 12. Hic est locus, ad quem Pausanias VII, 20. respicit, quoque tabula Neopolitana spectat apud Philostr. Icon. I, 26. vid. Heyn. Opusc. acad. Vol. V. p. 74. sqq. Εἷς scripsi pro ὧν, ne exsistat ὁμοιοτέλευτον Ἀπόλλων.

v. 13. Πομπᾷ δὲ σῇ, ut Homer. Od. V, 32. θεῶν πομπῇ. Λιπὼν Τροίαν Horatius Latinorum more per ablativos absolutos *Ilio relicto* vertit, sed quis non graecam verborum structuram λιπὼν λέλαθε agnoscit? His etiam πολύχρυσος, seu malis πολύκτατος, ita jungendum est, ut ad magnam vim auri referatur, qua Priamus filii corpus erat redemturus.

v. 14. Pro *Troja* Ilium recte dixit Horatius, praesertim quum δάϝιον ϛράτευμα v. 16. per *iniqua Trojae castra* reddiderit. *Superbos* equidem μεγαλάνορας dixi, quum voces μεγαλήτορας, μεγαθύμους, quas Mitscherlich comparavit, τῷ Latinorum *magnanimos* magis respondeant. Negari tamen nequit, vocem *magnanimos* Sapphicis numeris non aptam, ideoque forsan ab Horatio in *superbos* mutatam esse.

v. 15. Verum verborum ordinem, quem Horatius metri necessitate coactus turbavit, in graeca versione restitui. Praeterea *iniqua Trojae castra* non ad omnes Graecos, sed ad Achillis modo copias recte retulisse mihi videor, ne poëta generalem graeci exercitus notionem, quae jam in Atridarum nomine latet, post specialem iterum poneret.

v. 16. Cum δᾶφιον in Ionica dialecto δήϊον scribatur, primae syllabae vocalis producenda videri possit, sed in Aeolica dialecto et Dorica communis est, ut Damm in Lexico Homerico-Pindarico jam animadvertit. Si per se longa esset syllaba, ineptum foret, quod Priscianus p. 546. ed. Putsch. de hac voce annotavit: δάφιον enim ut δαΰϊον pronunciandum putavit, ut Paeon quartus pro Cretico acciperetur. Pindarus quoque vocalem in prima syllaba corripuisse videtur Nem. VIII, 48. quum vocem δαΐοισιν pro duabus longis syllabis et una brevi protulerit. Δαΐφρων primam syllabam semper brevem habet.

v. 17. Pro *laetis sedibus* dixissem ἐν γαθοσύνοις τόποις, nisi deessent exempla, ubi γαθόσυνος de rebus etiam et locis praedicaretur. Rectius forsan scripseris ἐν Ἠλυσίοις τόποις. . . . . .

v. 18. Cave, ne ῥάβδον Mercurii cum κηρυκείῳ σκήπτρῳ confundas: hoc enim est Latinorum *caduceus*, quem ille tanquam Deorum nuntius gerit; illa vero est Romanorum *virga* magica, quam nostrates *Wünschelruthe* appellant. vid. Homer. H. in Mercur. v. 526. sqq. et Hermann. Mytholog. Vol. I. pag. 128. Vol. II. pag. 180. not. 338.

v. 19. *Levem coërces turbam* verbotenus reddere mihi nondum contigit. *Deorum* pro *Diis* Horatius non tam graecismo idiomatis quam metri necessitate coactus dixisse mihi videtur, licet Ovid. Fast. V, 665. etiam in Homoeoteleuto eodem modo loquutus sit.

v. 20. Ὁμιλῶν pro *gratus* hausi ex Homeric. H. in Mercur. extr.

χάριν δ' ἐπέσσυτο Κρονίων·
πᾶσι δ' ὅγε θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ὁμιλεῖ.

sed a
tent

v. 11.

Eodem significatu Verbum ἐμελεῖν adhibuerunt cum Homerus tum Pindarus, a. g. Hom. Il. I, 261. Pind. Olymp. I, extr. et alibi. — Digamma Aeolicum in voce ἐνϝέροις, unde Latinorum Inferi, tanquam non positum accipitur, ut in fragmento Alcaei apud Athen. p. 430 B. ed. Casaub. τύγγε πλεύμονες ϝείνῳ cet.

Gregorii Gottlieb Wernsdorf

A. M. et scholae Numburg. Cathedralis Rectoris

Animadversiones Criticae

in

Ciceronis Orationes

pro Ligario, pro Rege Dejotaro
et pro Lege Manilia.

Gregorii Gottlieb Wernsdorf

Animadversiones Criticae

I.

in

Ciceronis Orationes

pro Ligario et pro Rege Dejotaro.

In Ciceronis orationibus, quae imprimis celebrantur, pro M. Marcello, pro Ligario, et pro rege Dejotaro, similis causa agitur; quandoquidem in his omnibus cives, qui contra Caesarem pugnaverunt, et in ea, quam tertio loco nominavi, etiam, qui, quod Caesari insidias fecerit, accusatus est, defenduntur. Sed de modo, quo res in iis tractatae sunt, si eas contenderis, magnam deprehendes diversitatem, orationem autem pro Ligario merito praestantissimam esse judicabis. Quemadmodum enim in oratione pro Milone suasoriae artis monumentum splendidissimum admiramur, orationem pro R. Amerino, praeterquam quod ei insunt multa, quae ingenii immaturitatem produnt, ob verborum et sententiarum lumina, et ob multa in ea graviter dicta, excellentem, alias denique, ubi causa est implicatior, judicii subtilitate et tenui quodam et simplici dicendi genere conspicuas esse judicamus, ita

in hac ingenii vis et sollertia in accusatoris impudentia coarguenda, mirifice nos delectat. Sunt enim ea, quae ad causam Ligarii, quem contra Caesarem pugnasse constaret, tuendam orator attulit, callide conquisita, alia ad Caesaris misericordiam commovendam egregie composita, tota denique oratio ad accusatorem impudentiae convincendum tam artificiose excogitata est, ut, si quis in sensum cujuscunque loci hac in oratione sese penitus insinuaverit, de cognoscenda eadem arte in reliquis orationibus conspicua magnopere sese adjutum sentiat. Nam, ut nihil dicam de singulis locis, in quibus aut cavillatur accusatorem, aut lethale vulnus ei infligit, saepe enim singulis verbis magna inest vis, quem modum universe spectamus, quo accusatorem aggreditur, et argumenta, quibus eum oppugnat; satis luculenter, quantum valeat ars oratoris, apparet. Quam ampla et copiosa oratione, ut hoc de genere aliquid afferam, ostendit orator, accusatorem nihil aliud hac in causa agere, nisi ut Ligarius morte multetur, quod autem si non ageret, adeo crudeliorem esse, quum prohibiturus sit, ne Caesar Ligario ignoscat? Deinde quam urget et vexat accusatorem, ejus iniquitatem et impudentiam, qui ipse acerrimus fuisset Caesaris adversarius, arguens? Jam orationem pro M. Marcello si cum hac conferamus, universae quidem orationis temperaturam et colorem, qualis est in Ciceronis orationibus, quo quis maxime fallatur, servatum esse intelligimus; sed quum ad singula loca deinceps excutienda, omnia ad vivum resecanda, et ad bene dicendi praecepta exigenda semel ingressi simus deprehendimus in ea multa, conquisita, male connexa, et non apte prolata, unus et alter locus ut suppetat ad suspicionem, eam orationem hoc tali oratore

vix dignam haberi posse, excitandam. Quae omnia a F. A. Wolfio, qui hanc orationem spuriam esse primus vidit, nuper accuratissime exposita sunt, perspicientur autem ea, opinor, ita facillime, ut quis maxime sensum, qui ad has quaestiones cum fructu instituendas afferri debet, commentario, quem nuper accepimus in orationes vulgo Ciceroni tributas, studiose legendo excitaverit et acuerit. De oratione pro rege Dejotaro denique ut loquar, nemo sane erit, qui oratorem causae et officio suo non plane satisfecisse putet, neque enim quidquam amplius ad causam diluendam et accusatorem opprimendum requirimus. Nihilominus tamen haec oratio, quum ea fere tota in enarrandis rebus gestis versetur, causa quoque alia sit, quam quae est in oratione pro Ligario, non ita luculentum artis oratoriae documentum exstitit.

In easdem orationes, de quibus haec universe disputavimus, pro Ligario et pro rege Dejotaro hic pauca notare placuit, non eo, quod his potissimum notulis aliis magnopere consultum fore putaverim, sed quod hic labor cum studiis, ad quae his diebus incubueram, maxime conjunctus esset. Nimirum erant mihi paullo post eaedem orationes juvenibus explicandae in schola, qui quo facilius difficiliora quaedam loca his in orationibus perspicerent, ea hic enotavi et illustravi. Sed nunc, omissis omnibus, quae ab interpretibus satis explicata essent, ea tantum loca tractavi, ubi ab interpretibus mihi non satisfactum esset, aut textus emendandus esse videretur.

In cap. 7. dicit orator, Ligario non facilius fuisse ex Africa exire, quam Tuberoni in Africam non ve-

nire. Eodem enim a senatu utrumque legatum esse, quamquam hic eo tempore profectus sit, quo senatui parere non necesse fuerit. Tuberonem morbo impeditum domi manere voluisse. *Sed ita quidam ajebat, ita reipublicae sanctissimum nomen opponebat, ut, etiamsi aliter sentiret, tamen verborum pondus sustinere non posset.* In Ernestiana et Graev. editione est, *ita quidam ajebat.* Hic primum quemvis offendi puto verbo *ajebat;* neque enim id h. l. quidquam aliud significare potest, nisi, cum aliquo agere, gravi oratione aliquem commovere; qui tamen verbi usus aperte adversatur consuetudini latinae. Ernestius, cui haec lectio probatur, ubi id verbum interpretatur, in Clave posuit haec: *ita quidam ajebat* i. e. multis et gravibus verbis cum eo colloquutus est. Sed videndum est, opinor, ut haec interpretatio exemplis idoneis confirmetur, quorum haud scio an nullum reperiatur: quandoquidem constanter usurpatur tum, quum quis loquens inducitur, aut aliquem aliquid narrasse, statuisse, aut affirmasse dicimus. Misso igitur verbo *ajebat*, quod ab Ernestio perperam in textum receptum est, alia lectio, quae fere est in omnibus Codd., uno et altero Cod. *ajebat* exhibente, dijudicanda venit: *ita quidam agebant — opponebant.* In qua certe id non desideramus, quod in illa lectione requiri diximus. Constat enim, *agere* simpliciter poni, ut sit, sollemniter verba facere, de aliqua re agere, cum aliquo agere, Latinis esse valde usitatum. Vid. L. I. ad Fam. ep. IX. 9. 10. 20. Verba igitur *ita quidam agebant* significant i. q. cum eo ita colloquebantur, ita instituebant orationem suam. Restat alia lectionum discrepantia, quoniam alii Codd. habent pluralem *agebant*, et *opponebant*, alii singularem *agebat*, *opponebat*. In quo tamen, utrum a manu auctoris profectum sit, facile dignoscas, quod paullo

post sequitur: *verborum tamen ipsorum p. s. n. posse.* Nimirum id aperte argueret, Tuberonem non cum uno, sed pluribus egisse, nisi, quod paullo antecedit, *verborum* fefellisset interpretes, ratos quippe, *ipsorum* referendum esse ad *verborum*. Sed si quis probe consideraverit contextum, facile videbit, nullum sensum extricari, neque dici posse, quid sit: *ipsa verba sustinere non posse.* Quod autem multi interpretes propterea singularem, non pluralem ponendum esse censuerunt, quoniam verba sequentia, *cessit auctoritati amplissimi viri*, et totus contextus aperte arguant, haec omnia ad Pompejum referenda esse; ea ratio textum mutandi vel ob hanc caussam nobis non probatur, quod nullo modo adduci possumus, ut existimemus, oratorem eum, cujus per omnem orationem honorificentissimam mentionem injecisset, hic significare per *quidam*. Inepte etiam merito quis dixerit oratorem locutum esse, quod eundem per *quidam* significaverit, quem, paucis verbis interjectis, virum amplissimum nominasset, *cujus auctoritati Tuberonem cessisse* dixisset. Intelligendus est igitur aliquis ex partibus Pompejanis.

In eod. cap. *Nam si crimen est, illum voluisse, non minus magnum est, vos, Africam omnium provinciarum arcem natam ad bellum gerendum contra hanc urbem, ob tinere, quam aliquem maluisse.* Ea lectio est in edit. Ernest. Vulgata haec est: *nam si crimen est, ullum voluisse, non minus magnum est, vos Africam omn. p. a. nat. a. b g. c. h. u. obtinere voluisse, quam aliquem se maluisse.* Hoc in loco nulla extat Lect. Varietas in Codd. nisi quod habent multi Codd. pro ullum, illum, alii illud. Quod igitur, post *obtinere*, voluisse, et *se* post

sed altera collocandi ratio et Horatii verborum et sententiarum ordini magis convenit.

v. 11. Ἐνίσσων, Aeolica forma pro ἐνίπτων, sicut Aeoles νίσσω pro νίπτω, ἐμπίσσω pro ἐμπίπτω dicunt, respondet τῷ *minaci*, ut Φοβερῷ contra τῷ *terret*. Ἐνίσσων ἦν graeco more, ut ἐνίσσων ἔτυχε, διετέλει.

v. 12. Hic est locus, ad quem Pausanias VII, 20. respicit, quoque tabula Neopolitana spectat apud Philostr. Icon. I, 26. vid. Heyn. Opusc. acad. Vol. V. p. 74. sqq. Εἷς scripsi pro ὧν, ne exsistat ὁμοιοτέλευτον Ἀτρέλλων.

v. 13. Πομπᾷ δὲ σῇ, ut Homer. Od. V, 32. θεῶν πομπῇ. Λιπὼν Τροίαν Horatius Latinorum more per ablativos absolutos *Ilio relicto* vertit, sed quis non graecam verborum structuram λιπὼν λέλαθε agnoscit? His etiam πολύχρυσος, seu malis πολύκτατος, ita jungendum est, ut ad magnam vim auri referatur, qua Priamus filii corpus erat redemturus.

v. 14. Pro *Troja* Ilium recte dixit Horatius, praesertim quum δάϊον ῥάκτευμα v. 16. per *iniqua Trojae castra* reddiderit. *Superbos* equidem μεγαλάνορας dixi, quum voces μεγαλήτορας, μεγαθύμους, quas Mitscherlich comparavit, τῷ Latinorum *magnanimos* magis respondeant. Negari tamen nequit, vocem *magnanimos* Sapphicis numeris non aptam, ideoque forsan ab Horatio in *superbos* mutatam esse.

v. 15. Verum verborum ordinem, quem Horatius metri necessitate coactus turbavit, in graeca versione restitui. Praeterea *iniqua Trojae castra* non ad omnes Graecos, sed ad Achillis modo copias recte retulisse mihi videor, ne poëta generalem graeci exercitus notionem, quae jam in Atridarum nomine latet, post specialem iterum poneret.

v. 16. Cum δάϊον in Ionica dialecto δήϊον scribatur, primae syllabae vocalis producenda videri possit, sed in Aeolica dialecto et Dorica communis est, ut Damm in Lexico Homerico-Pindarico jam animadvertit. Si per se longa esset syllaba, ineptum foret, quod Priscianus p. 546. ed. Putsch. de hac voce annotavit: δάϊον enim ut δαΰϊον pronuntiandum putavit, ut Paeon quartus pro Cretico acciperetur. Pindarus quoque vocalem in prima syllaba corripuisse videtur Nem. VIII, 48. quum vocem δαΐοισιν pro duabus longis syllabis et una brevi protulerit. Δαΐφρων primam syllabam semper brevem habet.

v. 17. Pro *laetis sedibus* dixissem ἐν γαθοσύνοις τόποις, nisi deessent exempla, ubi γαθόσυνος de rebus etiam et locis praedicaretur. Rectius forsan scripseris ἐν Ἠλυσίοις τόποις. . . . . .

v. 18. Cave, ne ῥάβδον Mercurii cum κηρυκείῳ σκήπτρῳ confundas: hoc enim est Latinorum *caduceus*, quam ille tanquam Deorum nuntius gerit; illa vero est Romanorum *virga* magica, quam nostrates *Wünschelruthe* appellant. vid. Homer. H. in Mercur. v. 526. sqq. et Hermann. Mytholog. Vol. I. pag. 128. Vol. II. pag. 180. not. 338.

v. 19. *Levem coërces turbam* verbotenus reddere mihi nondum contigit. *Deorum* pro *Diis* Horatius non tam graecismo idiomatis quam metri necessitate coactus dixisse mihi videtur, licet Ovid. Fast. V, 665. etiam in Homoeoteleuto eodem modo loquutus sit.

v. 20. Ὁμιλῶν pro *gratus* hausi ex Homeric. H. in Mercur. extr.

χάριν δ' ἐπάθησε Κρονίων·
πᾶσι δ' ὅγε ξυνοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ὁμιλεῖ.

Eodem significatu Verbum ὁμιλεῖν adhibuerunt cum Homerus tum Pindarus, e. g. Hom. Il. I, 261. Pind. Olymp. I, extr. et alibi. — Digamma Aeolicum in voce ἐνίσποις. unde Latinorum *Inferi*, tanquam non positum accipitur, ut in fragmento Alcaei apud Athen. p. 430 B. ed. Casaub. τέγγε πλεύμονας ϝοίνῳ cet.

Gregorii Gottlieb Wernsdorf

A. M. et scholae Numburg. Cathedralis Rectoris

Animadversiones Criticae

in

Ciceronis Orationes

pro Ligario, pro Rege Dejotaro
et pro Lege Manilia.

Gregorii Gottlieb Wernsdorf

Animadversiones Criticae

I.

in

Ciceronis Orationes

pro Ligario et pro Rege Dejotaro.

In Ciceronis orationibus, quae imprimis celebrantur, pro M. Marcello, pro Ligario, et pro rege Dejotaro, similis causa agitur; quandoquidem in his omnibus cives, qui contra Caesarem pugnaverunt, et in ea, quam tertio loco nominavi, etiam, qui, quod Caesari insidias fecerit, accusatus est, defenduntur. Sed de modo, quo res in iis tractatae sunt, si eas contenderis, magnam deprehendes diversitatem, orationem autem pro Ligario merito praestantissimam esse judicabis. Quemadmodum enim in oratione pro Milone suasoriae artis monumentum splendidissimum admiramur, orationem pro R. Amerino, praeterquam quod ei insunt multa, quae ingenii immaturitatem produnt, ob verborum et sententiarum lumina, et ob multa in ea graviter dicta, excellentem, alias denique, ubi causa est implicatior, judicii subtilitate et tenui quodam et simplici dicendi genere conspicuas esse judicamus, ita

gis a Castore ejus nepote subornatus, ostendat, dicit: *Nam quum more majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat; in qua quaestione dolor v. v. el. p. etiam ab invito: exortus est servus, qui, quem in equuleo appellare non posset, eum accusaret solutus.* In plurimis libris legitur, *qui accuset.* Ernestius scripsit *accusaret*, quod tale vitium latinitatis in Cicerone ferri non posset. Ac profecto concedi debet, post tempus perfectae actionis saepissime sequi tempus infectae. Sed cavendum est, ne quid hoc in genere universe decernamus, aut simpliciter affirmemus. Nam v. c. recte quis dixerit, oratione finita, *haec vobis dixi, ut vobis comprobarem.* Hic praesens tempus, *ut comprobem*, admitti non potest, quod de re perfecta aliquid pronunciatur. Aliud est, quum quid modo factum esse nunciatur. *Exortus est, qui dicat, qui accuset, qui doceat*, ubi recte ponitur praesens, nam quum dico, *exortus est, qui diceret,* non nuntio, aliquid jam factum esse, sed ita mihi loqui licet, quum enarro res olim gestas.

Cap. 3. Caesar Dejotaro regi, quod in Pompeji amicitiam propensior fuisset, eique auxilia misisset, iratus erat, unde Castor regem accusandi ansam ceperat. *Cui tamen regi*, dicit orator, *veniam daturum esse Caesarem, si tantum auxilia, vel si etiam filium misisset, ipse aetatis excusatione usus esset.* — Omnes priores Edit. habent *tum.* In uno Cod. Colon. est *tantum.* Et elegantius et rectius puto scribi, quod Lambinus invenit in Codicibus: *si, quum Pompejo auxilia, vel etiam filium misisset, ipse tamen aetatis excusatione usus esset.* Veniam igitur quum dixerit Cicero Caesarem Dejotaro dedisse, in eum non animadvertisse, sed

perparvam amicitiae culpam reliquisse, addit: *neque enim ille odio tui progressus, sed errore communi lapsus est.* Quum ad hunc locum legendo pervenissem, miratus sum, cur orator, si vel maxime Dejotarus odisset Caesarem, id non potius omni modo celaverit Caesarem. Quid? quod, cum ante dixerit, Caesarem Dejotaro perparvam amicitiae culpam reliquisse, paucis verbis interjectis, Dejotarum in Caesarem odium concepisse prodit. Accedit, quod, uti quoque Ernestius animadvertit, *aliqua re progredi*, omissa praepositione *in*, insolens est structura. Itaque aliam hujus loci tentavi interpretationem. *Progredi* saepius significat i. q. in bellum progredi, in pugnam progredi. Vid. Just. 1, 3. Neque insolens est hic verbi *progredi* significatus; sed fugit hoc in loco sine dubio interpretes hujus verbi vis sat nota.

Cap. 5. Orator non suspicatur, Dejotarum id crimen commisisse. Omnem enim humanitatem exuerit et insaniat necesse esse, qui eum necare conetur, a quo tanto honore ornatus sit, quique crimen committere audeat, quo omnium populorum et regum odium in se concitet. — *Quonam ille modo, quum regno, quum domo, quum conjuge, quum carissimo filio, distractus esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato?* Hic interpretes, verba *quonam ille modo* cum *distractus esset* conjungentes, *cum* pro praepositione habuerunt totumque locum vario modo interpretari conati sunt. Multi suspicati sunt, *distractus esset* significare idem quod *a regum societate divulsus esset cum regno, domo, conjuge* etc. et Patricius adeo veretur, ne Dejotarus discerptus sit. Ernestius profitetur in nota, verba *quonam ille modo* plane nihil ha-

bere, ad quod referantur; sed id cogitando addi debet, ac totus locus ita scribendus est: *Quonam ille modo — quum regno, quum domo distractus esset* etc. Sensus autem loci hic est: *Quonam ille modo id crimen committere potuisset, quod si, ne dicam perfecerit, sed cogitaverit tantum, distractus esset a domo etc.*

Cap. 6 Ridet orator Philippi criminationem, ac profitetur, sese opinatum esse, accusatores in fingendo crimine callidius versaturos fuisse: Ego me hercule Philippum medicum, servum regium, qui cum legatis missus esset, ab isto adolescente esse corruptum, hac suspicione sum percussus: medicum indicem subornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. Haec mihi non proba videntur. Nam quum Romam missus esset Philippus medicus, qui regem accusaret, suspicari debebat Cicero, eum *subornatum esse* a Castore. Constabat etiam inter omnes, medicum regium a Castore corruptum esse. neque ipsi Ciceroni id ignotum erat, quod verba, quae statim antecedunt, arguunt, *quum esset ad me causa delata, servum ab isto adolescente corruptum esse.* Scribendum igitur est: *Medicum indicem subornavit?* et hic quidem oratorem meditabundum rogare cogitamus, deinde respondet sibi ipse: *finget videlicet aliqu. crimen veneni.*

II.

Animadversiones criticae

in

Ciceronis orationem

pro

Lege Manilia.

Quamquam etiam in his animadversionibus non nisi de iis locis disputandum mihi propositum fuit, quibus correctione aliqua, aut mutanda interpunctione subveniendum esse putarem, non praetermittenda esse duxi ea, ubi vera quidem lectio restituta, neque tamen satis diligenter confirmata esse mihi videretur.

Quum orator paucis monuit, quae caussa agatur; grave et periculosum bellum agi; publicanorum in Asia conditionem esse pessimam; discedere Lucullum; Pompejum ab omnibus imperatorem expeti: ipsam caussam exorditur, docens, quid agendum sit. Itaque primum de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore eligendo sibi verba facienda esse dicit. *Genus est belli ejusmodi, quod maxime vestros animos excitare, et inflammare ad studium persequendi possit. Agitur enim populi Romani gloria, quae vobis a majoribus in re militari summa tradita est: agitur salus sociorum etc.* Placet mihi lectio: *genus est enim belli ejusmodi*, quam exhibent multi codd. in calce editio-

nis Graev., quaeque vulgata fuit lectio. Certe non propterea e textu ejici debebat, quod, uti Ernestio visum est aliisque, incepte positum sit. Nam quum ante dixit orator, se primo loco de belli genere loqui velle, caussam addit, cur id sibi videatur: *genus est enim belli ejusmodi, quod vestros animos maxime inflammare debeat.* Quodsi *enim* hic ponitur, idem post *agitur* poni non potest, quod in una Aldina edit. sese invenisse ingenue profitetur Ernestius; quum antiquissimae editt. Venetae, et plurimi codd. primo membro inde a verbis *agitur — — tradita est* plane omisso, habeant *tradita est, et agitur salus sociorum.* Qui error inde mihi natus esse videtur, quod post verba: *tum summa in re militari tradita est,* in antiquis exemplaribus membrum secundum iisdem verbis incipiebat: *tradita est, et agitur sal. soc. etc.* Priora autem, quae desiderantur in multis codd. necessaria esse, luculenter patet ex sequentibus. — Manutius et Cratander ediderunt: *in quo agitur belli gloria,* quam lectionem Ernestius et Cl. Beckius immerito rejecerunt, ob paulo antecedens *quod;* neque enim talia offendere debent. Nihilominus tamen de vera lectione non decerni posse puto, utrum rectius scribatur, *in quo,* an *agitur populi gloria,* omisso *enim,* nisi auctoritate codd. diligentissime ponderata. *Enim* autem rejicio. — Sed sunt verba in hoc loco, quae glossae speciem prae se ferunt. *Inflammare ad persequendi studium* — haec verba neque codd. neque editiones habent, nisi unus cod. Erf. et Colon., e quibus ea Graevius in textum recepit. Quod quum vel solum verba suspecta reddere possit, ne verum quidem est, quod Ernestius et novissimus editor operum Ciceronis hujus loci a glossae suspicione vindicandi caussa attule-

runt in nota: *excitare* et *inflammare* non ita nude poni posse; hic enim verbi *inflammare* usus multis locis comprobari potest, ex ipsa Oratione pro lege Manilia cap. 15. „*Mithridates victoria inflammatus.*" Cic. de orat. 46. „*populum inflammare.*" Cic. de finib. 1. 16. „*cupiditates inflammare,*" de orat. 1. 51. „*mentes dicendo inflammare, aut inflammatos restinguere.*"

Ad Cap VI. Dixerat Orator, sibi primo loco de belli genere verba facienda esse, quod bellum ejusmodi sit, ut populus romanus de sui nominis gloria, sociorum salute, de vectigalibus et fortunis multorum civium periclitetur. De his igitur singulatim agens, quum devenit ad vectigalium jacturam, Asiam prae omnibus reliquis provinciis studiosissime defendendam esse dicit, quippe maxime opibus abundantem. *Itaque*, ait, *haec vobis provincia, Quirites, si et belli utilitatem et pacis dignitatem sustinere vultis, non modo a calamitate, sed a metu etiam calamitatis defendenda est.* In hujus loci sensum non penetrarunt interpretes, adeo ut ex mala interpretatione hujus loci in Cod. Werd. et Hittorp. varians lectio nata sit: *Si ad belli utilitatem*, quae Graevium in fraudem induxit, ut textum, eam recipiens, corrumperet. De Lambini interpretatione ut primum loquar, is *belli utilitatem* significare dicit: res ad bellum gerendum utiles. Sed haec interpretatio, vereor, ut loquendi usu confirmetur; locus certe, quem adduxit e Caesare de Bell. Gall. lib. I. „*Neque exercitus sine magno commeatu atque molimento in unum locum contrahere posse*", huc minime trahi poterat. Graevius autem, cui *belli utilitatem sustinere* verba plane sensu cassa videntur, gratulatur sibi in nota, quod lectionem illam *ad belli utilitatem* in

cod. invenerit, eamque per: *ad usum in bello* explicat, quae tamen lectio et interpretatio non magis convenit consuetudini latinae, quam Lambiniana. Ipse Ernestius hunc locum non cepisse videtur, quod a Graeviana lectione ut recederet, et vulgatam reciperet in textum, sese commotum esse dicit, non nisi auctoritate plurimorum codd. et quod haec verba respiciant superiora: *Sociorum salutem una cum imperii dignitate defendere*, qui tamen locus ad hunc plane non pertinet nec huic quidquam lucis affundit. Neque enim vox *dignitas* neque *sustinere*, habet aliquid difficultatis, sed verba *belli utilitas* obscurarunt hujus loci sensum interpretibus, quamquam immerito. Sensus est enim simplicissimus, *si efficere vultis, ut bellum multum utilitatis, pax dignitatis vobis afferat, retinete Asiae vectigalia, belli quippe subsidia, et pacis ornamenta maxima.* vid. cap. 3. Locus huic similis est cap. 18. *Permultos annos populus rom. magna, ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis atque imperii caruit*, ubi *atque* tollendum est, quid enim hoc esset, — populus roman. permultos annos magna parte utilitatis caruit? Haec absurde orator locutus esset. Itaque genitivi *utilitatis* et *dignitatis* referri debent ad *imperii*. Nam quum orator exemplis docuisset, permultos annos populum rom. neque suam, neque sociorum salutem imperio defendere potuisse (inde a verbis c. 17. „*an tibi tum imperium esse videbatur*") jam exemplis ostendit, etiam dignitatem suam imperio populum non tueri potuisse.

Ad Cap. VI. Si vectigalia conservare velint, a metu etiam calamitatis provinciam esse defendendam dicit orator. Appropinquante etiam hoste, pecora,

agri culturam, et mercaturam relinqui. „*Quo animo existimatis esse aut eos, qui vectigalia nobis pensitant, quum duo reges cum maximis copiis prope adsint? cum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus et custodiis, magno periculo se habere arbitrentur?*“ Hic locus quam maxime interpretes vexavit, quippe qui locum ad rationem superioris: „*pecora, agricultura relinquitur; neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest;*“ exacte expressum vellent Itaque *salinis* male habebat ad unum omnes, et alii *saltibus*, alii *saliotis*, alii *silvis* conjecerunt. Equidem vellem aequiore animo fuissent interpretes in oratorem nostrum. Intempestivam enim sane divertit ejus morositatem, qui hunc locum ad normam illius exigere velit. Dixerat: jam tum, cum hostes finibus minarentur, omnia vectigalium genera periclitari. Jam ut cives reputent, monet, eos, qui pensitent et exigant vectigalia, propterea quoque in summo timore esse, quod publicanis verendum sit, ne adventante hoste multorum servorum jacturam faciant. Affert igitur loca, ubicunque demum maxime servis opus esset. Jam quum constet, publicanos servorum opera, non minus in salinis, quam in agris et portubus usos fuisse; eosdem in Asia salinas habuisse, et vectigal e salinis accepisse, uti docuit Cujac. observ. XII. 4. non video, quid sit, cur lectionem, quae constans est omnium codd., labefactandam esse putemus.

Ad Cap. VII. Docet Cicero, quod extremo loco posuerat, hoc in bello multorum hominum fortunas periclitari. *Deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi et industrii partim ipsi in Asia negotiantur — partim suas*

et suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. Veram et genuinam lectionem, *partim eorum*, restituit novissimus editor opp. Cic. Sed quod Ernestium a recipienda lectione, quam ipse probabat, retinuerat, insolens et nova dicendi ratio, quod continuo *partim eorum*, post *partim ipsi* sequebatur, idem illum offendisse videtur. Sed ne ab hac quidem parte quidquam offensae remanebit, si modo reputaveris, *ipsi* non pertinere ad *partim*, sed propterea ab oratore adjectum esse, ut significet, hos adfuisse in Asia, quum illi pecunias ibi collocatas habuerint. Totus locus igitur ita explicandus est: „*Ex ceteris ordinibus homines gnari et industrii* (quoad) *partim ipsi in Asia negotiantur*, (quoad) *partim eorum — — collocatas habent.*"

Ad Cap. VIII. Prima orationis parte de genere belli absoluta, difficultates hoc in bello pervincendas exponere instituit. Ante quam autem de his dicit, laudes Luculli, qui bellum contra Mithridatem adhuc in Asia gesserat, et in cujus locum Pompejum substitui volebat, non inepte hic inserit. Laudes enim Luculli propterea non silentio praetermittere poterat, quod apud eos, qui caussae suae adversabantur, de partium studio suspectus factus esset. „*Dico ejus adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse; urbemque Asiae clarissimam, Cyzicenorum, obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, et oppugnatam vehementissime, quam L. Lucullus virtute — consilio summis obsidionis periculis liberavit: ab eodem imperatore*" —— In permultis libris, et scriptis, et excussis post *ornatas atque instructas* adjectum est *dejectas esse*, quae tamen cave ne pro genuinis habeas.

Sunt haec ab aliquo addita, qui ex periodorum aequabilitate, quam desiderabat, ea hic excidisse suspicabatur. Sed tantum abest, ut, his verbis in textum receptis, deperditam orationis concinnitatem restitutam esse putem, ut etiam eam sublatam esse contendam. Quodsi enim poneres *deletas fuisse*, membrum, quod sequitur, apothesi careret. — *Urbemque Asiae — oppugnatam esse* — quod jam ab Ernestio notatum est. Quid? quod is, qui talia intrudere vult, totius loci indolem sese non cepisse arguit. Nimirum in verbis: *quam Lucullus liberavit*, quae sane inaequabilem reddere videntur, erroris caussa quaerenda est. Quodsi enim ad membrorum sequentium rationem hunc locum exigis, esse debet: *Luculli sapientia liberatam esse*, uti ediderunt Stephanus, Manutius, Lambinus, aliique. Sed si ita capimus locum, ut in prioribus duobus orator nihil aliud dicere voluerit, quam, *quum advenisset Lucullus, Mithridatem maximas et instructas copias habuisse, et a Mithridate urbem vehementissime obsessam esse*, haecque ut primaria sententia sit; quae sequantur, *quam Lucullus liberavit*, non pro apothesi, sed pro sententia superioribus adnexa habenda sint: nihil, credo, amplius novi et insolentis est in hac structura, neque cuiquam in mentem venire potest, aut *deletas esse* inserere, aut pro *liberavit*, *liberatam esse* emendare.

Ad Cap. IX. Quum orator Luculli merita, quantum satis esset, laudasset, docet, qui factum sit, ut Lucullus nihilominus Mithridati cedere coactus fuerit, et exercitus in Asia miserrima conditione utatur. „*Multa*, ait, *praetereo — sed ea conjectura perspicitis: quantum illud bellum factum putetis, quod*" etc. Alii codd. habent *perspicite*, alii habent *putetis*; alii utrum-

que, quorum alterum non latine dicitur, alterum etiam absurdum est. Ernestius suspicatur, ante verba *quantum illud bellum factum putetis*, aliquid excidisse, ac levissimam correctionem esse, si *putetis* mutetur in *putatis*, quod scripsit Beckius V. Cl., quamquam ipsum locum, qui habet adhuc multum obscuritatis, inexplicatum reliquerit. Peccarunt interpretes in eo, quod verba *sed ea conjectura perspicitis* ad sequentia referebant, quum ad ea referenda essent, quae Cicero sese praeterire dixit. Nimirum quae pessime egerat Lucullus, vitia ejus, quae caussa erant cladium et seditionum in exercitu, ut ei parceret, sese praeterire velle dixit, quae tamen opinatur Quiritis vel non monitos suspicaturos esse. Atque hic interpungo: *Multa praetereo consulto, sed ea vos conjectura perspicitis. — Quantum illud bellum factum esse putatis, quod* etc. Jam finita oratione de magnitudine belli sequitur ἀναχεφαλαίωσις caussarum, quibus hoc bellum periculosum esse dixerat, „*quod conjungant reges — renovent agitatae nationes* etc.“

Jam exemplis ostendit, quantum Pompejus auctoritate sua effecerit — — „*Jam accepta in Ponto calamitate, ex eo proelio, de quo vos paulo ante invitus admonui, quum socii pertimuissent, et provincia non satis firmum praesidium haberet: amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad id ipsum ejus temporis divinitus Cn. Pompejum ad eas regiones fortuna Pop. Rom. attulisset.*“ — Hic primum contra Graevium et Ernestium disputandum est, quorum ille ex Col. et Erf. cod. *nisi ad ipsum discrimen ejus temporis* scribendum esse existimat; alter totum locum a glossatoris manu profectum esse suspicatur. Ego contra dico, *discrimen* esse interpretamentum lo-

quutionis *ad id ipsum temporis*, quod de reliqnis codd. ne unus quidem *discrimen* habet, loquutiones autem, *id temporis*, *id aetatis*, *id locorum*, non infrequentes sunt apud Latinos. Ernestio propter varietatem lectionis, et quod repetitum *ad* male sonat, totus locus suspectus videtur, sed cave credas huic in talibus, ubi ex orationis concinnitate aut εὐφωνίᾳ desiderata suspiciones criticas movere solet, quod saepe facit, quamquam non utiliter, v. c. in ejusd. Orat. cap. VI. „putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis.“ Potuit Cicero sane *ad discrimen ipsum* scribere, sed *id temporis* et *ad id temporis* non minus latine dicitur. Oliv. et Oxx. Mss. Dresd. Edd. Venet. et Palat. habent *ad id ipsum ejus temporis* praeter edd. Rom. et Junt. quae omittunt *ad*. Itaque *ad id ipsum ejus temporis* genuinum esse puto, quod facile quidem excidere, non item inseri potuit, quia interpretes etiam sine dubio usum praepositionis *ad*, qui hic obtinet, ut sit versus, circa, ignorabant, et inde potissimum corruptionem aliquam hic suspicati sunt. Vid. Gellius XVIII. 8. „*Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis coena plerumque ad id diei, ubi jam vesperaverat.*“ — Ad Attic. XIII. 33. „*Venit ad me id temporis, ut retinendus esset.*“ Cato. I. 4. Ad Attic. I. 4. „*Veni ad id tempus, quod scribis.*“ Pro Rosc. 44. „*ad quam diem proscriptiones fiant.*“

Aliud exemplum affert, quo Pompejus, quantum auctoritate valeat, comprobetur.] „*Age vero illa res, quantum declarat ejusdem hominis apud hostes auctoritatem, quod ex locis tam longinquis, tam brevi tempore omnes uni huic sese dediderunt? quod Cretensium legati*“

etc. — Recte quidem rejecerunt Graevius et Ernestius lectionem aliquot codd. *una huic*; sed vellem aliis rationibus commoti id fecissent. *Brevi tempore* enim si dicunt adversari huic lectioni, id saepe significat *post breve tempus*, neque vero etiam eo evinci potest, *una* falsum esse, quod dicunt uni et omnes optime sibi opponi. Ex sequentibus exemplis potius argumenta pro lectione *uni huic* ducenda sunt. Quum Cretenses praetori, qui tum esset in insula ipsa, sese dedere potuissent, ad Pompejum in remotissimis terris tum versantem proficisci, et huic sese dedere maluerunt. Legati a Mithridate missi quum Praetorem et Quaestorem in Hispania adire potuissent, ad Pompejum se potissimum contulerunt. Itaque *uni huic* legendum esse censeo, non *una*, quod priori quidem exemplo conveniret, non item sequenti, minime ad utrumque simul referri possit.

Ad Cap. XIX. Quum Cicero contra Catulum et Hortensium, qui caussae suae adversabantur, non uni imperium demandandum esse, censentes acriter disputasset, non tantum ad Pompejum imperium in bello deferendum, sed Gabinium etiam, qui de Pompejo praeficiendo legem tulerit, ei socium adjungendum esse dicit. *Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinius, belli maritimi, rerumque gestarum auctor, comes Cn. Pompejo adscribitur: propterea quod alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit etc.* Verba *auctor* et *comes* in omnibus codd. desiderantur, praeter unum Franc. in quo Graevius *auctor* legi notat, sed idem cod. in v. v. l. l. quae edit. Graev. adnexae sunt, *rerum gestarum comes Cn. Pompejo adscribitur* habere dicitur. Exhibet etiam edit. Grut. *auctor*, utrum autem id in Mss. sit, non indicatum est. In edd. antiquis-

simis et in plurimis Codd. est *rerum gestarum Pompejo adscribitur.* In plurimis Palatt. et in Erf. et Col. codd. est *rerum gestarum socius.* Manutius edidit *rerum gestarum comes*, uti habent plures codd. in calce ed. Graev. *Auctor* mihi certe non probum videtur, quod haec inepte adjecisset Cicero, causam quasi afferens, cur Gabinius Pompejo adjungendus sit, quum statim pluribus verbis causam exponat, *quod alter ami id bellum suscipiendum detulit* etc. Deinde nullus cod. habet hoc verbum, nisi exemplar Gruterianum. Nam quod dicit editor opp. Cic. novissimus, exquisitius esse dictum rerum gestarum auctor, quam ut a librarii manu profectum sit. non minus docte puto, in Cod. Oxoniens. scriptum est *socius ac paene par*; quod tamen quisque facile pro glossa habeat. Itaque expungendum, et *comes et socius* scribendum esse puto. Ita enim scribendum esse, animum induxit consuetudo Ciceronis, qui utrumque jungere solet. Loca enim huic similia multa afferri possunt: ad Fam. 1. 9. *Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis.* Ad Attic. 11. 14. *Quum ut nihil aliud comites et socios habere putabam.* Pro Sulla 66. P. Sulla, *hoc importunissimo tum honoris, tum etiam calamitatis socio atque comite, et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis etc.* Ad Attic. 8. 22. *Sed me movet unus vir, cujus fugientis comes, rempubl. recuperantis socius videor esse debere.* Hor. Carm. 1. 7. *Quo nos cunque feret melior fortuna parente, ibimus o socii comitesque.*

In fin. cap. 23 dicit Cicero, quum monuit, auctoritatibus multorum virorum clarissimorum hanc

caussam confirmari, *quare videte, ut horum auctoritatibus, illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur.* Hunc locum non sanum esse, et Ernestius et Cl. Beckius suspicantur atque hic etiam totum locum pro lacinia orationi adsuta habet. Sed spero fore, ut de hoc loco non amplius ita nobis videatur, si modo ita eum explicaveris. *Auctoritates* enim sunt sententiae, quae gravitatem acceperunt a persona, *oratio* sunt argumenta et rationes, quibus tuemur aliquam caussam, *respondere* est refutare. Itaque quod dicit: *respondere posse videamur*, Ernestium non offendere debebat. Lacinia autem locus minime esse potest, his verbis omissis oratio nimis abrupta foret. Sensus totius loci hic est: Quodsi caussam vestram auctoritatibus confirmandam esse putatis, videte, ut auctoritates dignissimorum virorum, quas commemoravi, illorum argumentis et rationibus jure meritoque opponere videamini, ut, quum contra argumenta et rationes non nisi argumentis et rationibus aliquid efficiatur, hae auctoritates ad illas convincendas valeant.

Ciceronis locos nonnullos

Libri I de Officiis et Laelii

emendavit atque illustravit

Aug. Gotth. Gernhard

LL. AA. M. Scholae Cathedr. Numburg. Conrect.
Soc. Lat. Jenens. Sod.

Ciceronis locos nonnullos

Libri I de Officiis et Laelii

emendavit atque illustravit

Aug. Gotth. Gernhard

LL. AA. M. Schol. Cathedr. Numburg. Conrect. Soc. Lat. Jenens. Sod.

Cic. de Offic. I. 43.

Cum quaeritur de duobus honestis utrum honestius, haec est Ciceronis sententia: *Placet igitur aptiora esse naturae ea officia, quae ex communitate, quam ea, quae ex cognitione ducantur.* Argumentorum, quibus id confirmari posset, quod primum esse voluit, in eo est, quod sapiens in solitudine esse nolit. Secundum his verbis continetur §. 6.: *Princepsque omnium virtutum illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant (prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quamdam intelligimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia) illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum et humanarum scientia: in qua continetur deorum et hominum communitas et societas inter ipsos.* In his primum illud offendit Cel. Hottingerum, quod, cum sapientia non

virtus sit, sed scientia appellanda; princeps illa tamen dicatur omnium virtutum, ad quarum quidem numerum omnino non possit referri. Etenim si virtus sit, eademque princeps omnium virtutum, non posse non illud, quod ex ea ducatur, rerum divinarum et humanarum cognoscendarum officium esse maximum. Atqui non hoc ut maximum a Cicerone exhiberi, sed quod ducatur ex communitate: ex quo appareat, sapientiam, ne inter virtutes quidem a Cicerone numeratam, nedum principem omnium virtutum appellari. Quapropter vocab. *virtutum* interpretamentum censet esse vocabuli *omnium*: hoc vero, cum nihil adjunctum habeat, quo referatur, intelligendum esse de scientiis, quarum omnium ea, quam sapientiam dicant, princeps sit. Atque illud quidem recte, ut prudentiam, sic sapientiam esse scientiam. Quidni vero utramque virtutem dixeris, cum ipse Cicero de Orat. III, 14. eloquentiam, quam eandem vett. Graeci sapientiam nominabant, tum probitatem et prudentiam virtutes appellet, sapientiam vero matrem omnium bonarum artium habeat (de Leg. I, 22.)? Deinde cum sapientia contineatur cognitione naturae et communitate hominum; nemo non intelligit, officia, quae ex communitate ducantur, in sapientia item esse posita, nempe in ea parte, quae in societate hominum servanda, rerumque actione versatur. Quod denique postremum Hottingerus argumentum adhibuit, nullum est. Intelligi enim arbitratur suae sententiae vim ex eo, quod Cicero, ubi post plura verba interposita priora repetit, illud *omnium virtutum* omittat. Ita est: nam ne *omnium* quidem bis scribi oportebat. Sed haec leviora. Dicendum est enim de verbis, quae sequuntur: *sapientia est rerum div. et hum. scientia: in qua continetur deo-*

rum et hominum communitas et societas inter ipsos. Deorum et hominum si qua est communitas, ea est, qua dii et homines conjuncti sunt quasi civili conciliatione et societate. Cicero de Finib. III, 19. *Mundum*, inquit, *censent* (Stoici) *regi numine deorum, eumque esse quasi communem urbem et civitatem hominum et deorum: et unumquemque nostrum ejus mundi esse partem* — de Natur. Deor. II, 31. (ex Balbi mente): *Atqui necesse est, eum sint dii — — animantes esse, nec solum animantes, sed etiam rationis compotes, inter seque quasi civili conciliatione et societate conjunctos, unum mundum, ut communem rempublicam, atque urbem aliquam regentes.* Similiter de Natur. Deor. II, 53. ut aliis in locis docet deorum et hominum causa factum esse mundum: et Arius Didymus apud Euseb. praeparat. evangel. XV, 15. quem locum laudavit Heusingerus: ὅτι ὁ κόσμος οἱονεὶ πόλις ἐστὶν ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσα, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ὑποτεταγμένων. Κοινωνίαν δ' ὑπάρχειν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ λόγου μετέχειν, ὃς ἐστι Φύσεως νόμος. Conjuncti igitur homines cum diis rationis usu, quodque apud deos eadem lex rectique praeceptio est. Sed quid hoc loco illa deorum et hominum communitas? Accedit quod dicitur *societas inter ipsos*, quae sic sunt inepte posita. Noli igitur eam cogitare communitatem, qua dii sunt cum hominibus conjuncti, sed eam, quae est deorum inter ipsos et hominum inter ipsos. Hac mente in primo Guelferb. Cod. scriptum est, *in qua continentur*, et in quinto, *et deorum et hominum.* Neque vero haec ratio ferri potest. Vide enim modo quae sequuntur. *Ea si maxima est, ut est, certe necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse maximum.* Utra, quaeso, si duas societates intelligis, est illa communitas, deo-

rum, hominumne? deorum, nullo pacto. Intelliguntur enim officia justitiae, quae anteponenda sint officiis cognitionis naturae. Neque usquam in his libris deorum aliqua memoratur societas, aut deorum et hominum, e qua ducantur justitiae officia, sed una est, ac latissime quidem patens, hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas, in qua omnium rerum, quas ad communem hominum usum natura genuit, est servanda communitas. vid. de Offic. I, 7 et 16. III, 17, 4. Haec autem hominum societas inter ipsos recte dicitur contineri in sapientia, cujus pars est humanarum rerum (*τῶν ἀνθρωπείων*) scientia. *Τὰ θεῖα* enim, vel res divinae, continent naturam rerum coelestium, physicarum, quas divinas Cicero dicit de Orat. III, 34. de Finib V, 19, 21. Ac in hac quidem contentione et comparatione officiorum postquam Cicero justitiae officia unde ducerentur, exposuerat, non omittenda erat altera sapientiae pars, quae, quamquam quodammodo inferior, in cognitione est et contemplatione naturae. *Etenim*, sic pergit, *cognitio contemplatioque naturae manca quodammodo atque inchoata sit, si nulla actio consequatur — quae pertinet ad societatem generis humani. Ergo haec cognitioni anteponenda est.* Quam alteram partem sapientiae, divinarum rerum scientiam, (ex qua quidem animus deorum cognitionem accipit, contuens coelum et sidera et ortum astrorum et cursum: vid. de Nat. Deor. II, 5.) quis *deorum communitatem* dixerit? Quamquam non dubito, inepta haec duo vocabula *deorum et* ex sapientiae definitione, *divinarum* scilicet *rerum* memoratione esse comparata. Videbatur enim, ut humanis rebus hominum communitas et societas inter ipsos, ita divinis deorum

communitas respondere, cujus quidem in his libris nulla fit mentio. Quodsi Ciceroni, cum sapientiae notionem explicaret, aut sic scribere placuisset: *ver. div. et h. sc. quae continetur et cognitione naturae et hominum com. et soc. i. i.*: aut deinde, ubi de naturae cognitione exponit, forte haec addidisset: quae est altera pars sapientiae, illa quidem certe librarii menda non exstitisset, qua sublata locus est expeditus. Quamquam, qui non ita est ab hoc remotus, locus capitis 44 item sanandus videtur.

Quod placet Ciceroni aptiora esse naturae ea officia, quae ex communitate, quam ea quae ex cognitione ducantur, ejus sententiae argumenta, praeter illud, quod primum cap. 43, 5. jam memoravimus, haec sunt. Naturae contemplationem mancam esse et inchoatam, si nulla actio rerum consequatur. Is locus in fine habet conclusionem §. 9. *Ergo haec cognitioni anteponenda est.* Tertium argumentum hoc est, quod patriae caritas vincit naturae cognoscendae cupiditatem. Cui addita sunt verba haec extrema §. 11. *Quibus rebus intelligitur studiis officiisque scientiae praeponenda esse officia justitiae.* Quarto deinde loco idem confirmatur exemplo sapientissimorum hominum, qui studia contulerunt ad hominum communitatem, cap. 44. Accedit quinto loco, quod homines natura congregati adhibent agendi cogitandique solertiam, §. 7. Postremum est illud, quod homines non sunt propter vitae necessitatem congregati, §. 10. Omnis haec argumentatio clauditur his verbis §. 12. *Ergo omne officium, quod ad conjunctionem hominum et ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitio-*

ne et scientia continetur. Quae quarto loco leguntur cap. 44. §. 1 — 7. ex his nisi colligatur, communitatis officia anteponenda esse cognitioni, parum valent illa, quae incunte cap. 44. dicuntur de studiis philosophorum. Nam quod cogitatio melior sit eloquentia, id non illud ipsum est, cujus causa haec scripta sunt, sed ducit ad sententiam similem ei, qua argumentum quodque concluditur. Desideramus igitur post verba §. 6. *quod cogitatio in se ipsa vertitur — — juncti sumus*, fere haec: Itaque communitas praestat cognitioni sine communitate, quod cognitio, cum in se ipsa vertitur, vituperanda videtur, quippe quae non complectitur eos, quibuscum juncti sumus. Eam sententiam continent verba §. 8. *Itaque nisi ea virtus, quae constat ex hominibus tuendis — — attingat cognitionem veram, solivaga cognitio et jejuna videatur.* Fortitudinem autem adjunxit, in quam idem illud cadat, quod in cognitionem. Respondent enim sibi verba: *jejuna videntur et feritas, sit quaedam et immanitas.* Est autem hic locus sejunctus ab illo, ad quem pertinet, verbis: *Atque ut apium — — cogitandique solertiam* §. 7. in quibus inest sententia, neque cum iis, quae praecedunt, neque cum sequente loco cohaerens; e civitatum illa quidem initiis repetita. Ex qua quod duci liceat officium, reperitur in verbis, quae paulo post sequuntur: *Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum, atque communitas*, §. 9. Quae si, ad §. 7. adnectenda, legentur post haec verba: *adhibent agendi cogitandique solertiam*; suum locum obtinebunt. In utroque enim significatur aliquid, quod experientia doceat (eine Thatsache), ut quae interjecta sunt verba §. 8. *Itaque nisi ea virtus — — — immanitas*, nullo pacto

ferri possint. Deinde cum Cicero cognitionem et magnitudinem animi dixisset nullam esse sine communitate; cognitionis studium non licebat colligere vinci communitate. Idem enim bis ex eadem quidem re collegisset, id quod vel ex vocularum *Itaque* et *Ita fit*, *ut*, similitudine intelligitur. Denique illud non omittendum est, quod extrema utriusque periodi vocabula *immanitas* et *communitas* in easdem syllabas exeunt, quo offensus esse videtur Codicis Guelferbytani tertii librarius, qui verba *Ita fit — — atque communitas* ante periodum proxime praegressam collocavit, et quarti, qui haec plane omisit. Verum ita haud quidquam locus lucratur. Collocanda potius sunt verba §. 8. *Itaque nisi — — immanitas* ante §. 7. *Atque ut apium*, ut omnia bene sint inter se nexa et comparata.

Ad hos primi libri de Officiis locos adjungere liceat quosdam Laelii cap. 24.

*Est enim varius et multiplex usus amicitiae, multaeque causae suspicionum offensionumque dantur, quas tum evitare, tum elevare, tum ferre, sapientis est. Una illa sublevanda offensio est, ut et veritas**) *in amicitia et fides retineatur. Nam et monendi amici saepe sunt et objurgandi, et haec accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus dicit:*

Obsequium amicos, veritas odium parit.

---

*) Lectionem *veritas* pro *utilitas*, quod est in vett. libr. post Lambinum a Graevio ex duobus Aldi libris bene receptam esse censebit, si quis nexum considerayerit, in-

Cum Cicero, quomodo suspiciones et offensiones, cum metuendae essent, evitaremus, cap. 18 docuisset; nunc aperiendum fuit, quid esset faciendum, ut offensio, si quae facta esset, sublevaretur. At unam tantum dicit sublevandam offensionem; eamque, quae sit, vix intellexeris. Namque ut et veritas in amicitia et fides retineatur, id non offensionem declarat, sed rationem monstrat, qua offensio sublevanda sit. Neque vero una illa quidem offensio esse potest in eo, quod monendi amici saepe sunt et haec accipienda amice. Verum enim, ut offensionem inesse in monendo statuamus, haec num una est, quae sublevanda sit? Quid, offensione facta, si quid amicus peccavit, nonne admonitione opus est, quae, si non acerbe, sed libere fit et ab altero patienter accipitur, non unam offensionem, sed omnes, si quae acciderint, sublevat? Idque unum est, quo offensio sublevari possit, ut veritas in amicitia retineatur et fides. Adhibenda autem maxime veritas et fides est tum, cum monendi amici sunt, si quae facta est offensio. Quamquam veritas nonnunquam odium facit et q. s. Sed in promtu est, scribendum esse, *uno illo* sublevanda offensio est, si quidem hujus loci sensum probabilem esse volumus.

Lael. cap. 26.

Quodsi in scena, id est in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si

---

primis Terentii locum laudatum et quae omnino de veritate, ut verum dicas, et de fide, quae verum audit, hoc et sequenti capite exponuntur.

modo id patefactum et illustratum est; quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur?

Langius delevit verba *id est in concione*, quamquam sunt in omnibus Codicibus: glossema scilicet absurdum esse vocabuli *scena*. Idem probat Graevius non repugnante Wetzelio. Atque illud quidem recte, scenam non posse dici concionem. Sunt autem in scena res fictae et adumbratae, neque his loci plurimum est, nonnulla autem in eadem vera; immo sunt omnia ficta nec quidquam verum. Id ut res ipsa docet, ita cap. 7. Cicero statuit, cum dicit: *stantes* (in cavea) *plaudebant in re ficta, quid arbitramur in re vera fuisse facturos?* Res igitur fictae, veris adjunctae, cum non in scena reperiantur, in qua sunt omnia ficta, sed in concione, ubi coram populo verba fiunt; tantum abest, ut verba *in concione* rejiciamus, ut id fiat necesse sit in eo, quod genuinum esse crediderunt: *in scena id est.* Deinde illud *quodsi* non nisi ad proxima licet referri. Dictum autem est de concione, quae judicare soleat (vid. cap. 25, §. 7.), quid intersit popularem inter et levem civem et inter constantem, severum et gravem, quae secernat et internoscat fucata et simulata a veris. Sunt igitur in concione multa quidem vera, multa tamen simulata, quae non probantur ipsi populo, eaque sententia est duobus C. Papirii et Lic. Crassi exemplis confirmata. Nunc ita pergit: *Quodsi*, inquit, *in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet*, (ut valuit, cum Papirii et Crassi leges populares repudiarentur) *quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur?* Accedit quod hujus cap. §. 8. mentio fit

in hac re comoediae. Videtur autem locus noster esse corruptus errore librarii, qui scripsit: *Quodsi in (si in) concione.* Hoc alterum *si in* pro *sc in* h. e. *scena in* accipiebatur: quo facto, est additum *id est*, ut utrumque substantivum conjungeretur.

Io. Christiani Wernsdorfii

Quondam Consiliarii Aulici et Eloqu. ac Poës. P. P. O.
in Academ. Helmstad.

de

Constantiniana Daphne

in numo Constantini M.

Commentatio.

Io. Christiani Wernsdorfii

Quondam Consiliarii Aulici et Eloqu. ac Poës. P. P. O. in Academ. Helmstad.

de Constantiniana Daphne in numo Constantini M.

Commentatio.

§. I.

In ea dissertatione, qua visum Constantini M. ab Eumenio rhetore commemoratum explicavimus, *)

*) Respicit dissertationem, insertam Ferdin. Stoschii Museo Critico Vol. II. Fasc. II. p. 131, *qua locus Eumenii Rhetoris cap. XXI. de Viso Constantini M. explicatur.* Huic ea, quam nunc edimus, de Patris quidem consilio, accedere debebat tamquam auctarium vel *caput tertium* (ita enim inscripserat), in calce illius dissertationis promissum. Verum mors Stoschii, quocum exspiravit Museum Criticum, intercessit, quominus destinatum ibi atque condictum locum occuparet. Itaque cum diu in Parentis primo scriniis, deinde meis haeredis, latitasset, faciun-

mentionem injecimus numi, qui *Constantinianam Daphnen* signo et inscriptione praefert. Quem quo-

---

dum putavi, ut Eichstadio V. C. permitterem per Acta vulgandam Societatis Latinae, opusculum postumum Collegae veteris, cui vivo Acta magis, quominus de suis lucubratienibus contribueret, quam ipse Actis, defuissent, cessantibus diu Societatis studiis et Actorum tenore interrupto. Sed quia materia et argumento priori, quam diximus, est coniunctissima, et loco non suo tardiusque ac multorum annorum intervallo additur priori, summa illius ex Museo Critico hic repetenda videtur. In ea igitur tractatur locus Eumenii, ubi Constantino M. antequam in Italiam transiret ad debellandum Maxentium, alicubi in Gallia *visum esse* memorat *Apollinem, comitante Victoria, coronas ipsi laureas offerentem, quae tricenûm singulae ferrent omen annorum.* Quem locum comparans Pater cum narratione Eusebii aliorumque, qua crucis signum cum nominis Christi monogrammate oblatum Constantino eoque victoria divinitus promissa perhibetur, ex temporis, loci, ipsarumque rerum et partium historiae consensu demonstrat, idem utrobique visum narrari, sed *gentilium* et Christianorum narrationibus variatum; diversisque quasi pictum et exornatum figuris, et quicquid differitatis habeat narrandi modus, id diversis narrantium sensibus et interpretationibus esse adscribendum. Primo enim visi formam Constantinum informasse videri hanc, ut in somnis sibi divinam aliquam speciem apparuisse diceret oraculumque aut signum dedisse, quo sibi victoriae et magnum imperium sponderentur. Apollinis et Victoriae speciem fuisse ex Eumenii sententia. At Constantinum postea Christianorum in gratiam substituisse Christi personam, ex ejusque nominis monogrammate et signo crucis victoriae promissionem ex-

niam ad idem visum spectare, et nostram de Eumeniano loco sententiam declarare diximus, liberabimus

---

sculpsisse. Ipsum enim signum crucis et monogramma nominis Christi, quam praecipuam visi partem exponit Eusebius, latere videri in coronis Eumenii, *quae tricenùm singulae ferrent omen annorum.* Nimirum in illis coronis conspectam esse *litteram P in medio decussatam*, uti describit monogramma Eusebius, *aut transversam X litteram summo capite circumflexo*, qualis ejusdem figura notatur a Lactantio *de Mort. Persec. c. 44*, ac frequenter occurrit in monumentis antiquis Imperatorum Christianorum, appositis plerumque ab utroque latere litteris A et ω, hoc modo, A ω. Ubi connexae et implexae sunt litterae X, P, T, latente τῷ T in littera P, quamquam T distinctius etiam expressum cum X in gemma apud Gorlaeum Dactylioth. P. I. n. 211, hoc exemplo, A ω. Atqui in illis siglis Eumenium cernere sibi visum esse litteras initiales vocum Τριάκοντα, aut *Triginta*, aut *Ter decem*, easque cum litteris A et ω interpretatum *Annorum triginta omen;* graeca enim latinaque permiscere, leve videri potuisse adulanti hariolo et ominum captatori. Contra Constantinum litteras Τρ monogrammatis sumsisse pro initialibus verbi athletici Τριάξαι; quod auctore Hesychio *vincere* significat, aut pro Τριακτὴρ *victor;* quin T duplex fingere potuisse ac legere Τούτῳ τριακτὴρ scil. ἔσῃ vel Τούτῳ τριάσεις, *hoc vinces*, ut τούτῳ referret ad X et Χρ eidem siglae illigatum, quod Χριστοῦ interpretaretur. Eundem tamen, ubi non cum aolis agendum esset Christianis, argumentum somnii sui, omissis aliis personis, una Daphnes Sibyllae specie, in numis ejus expressa, esse complexum, quod eam sciret non Apollinis vatem magis, quam Christi nunciam, celebrari, gentilibusque pariter ac Christianis

nunc fidem promissi nostri, eique explicando hanc singularis disquisitionis operam impendemus. Et mereri ille hanc curam quam maxime videtur, quandoquidem a praestantissimis aeris veteris interpretibus, Goltzio, Patino, Begero, Spanhemio in numis Constantini maxime memorabilibus ponitur, eiusque interpretatio semper in magna difficultate versari visa est, quae mihi vix alia ratione videtur satis commode expediri posse, nisi ad visionem illam Constantini, quam Eumenius memorat, referatur. Est in una parte numi caput Imperatoris cum epigraphe: CONSTANTINVS MAX. AVG. in altera parte conspicitur Victoria alata, araę vel columnae insidens, et flexo capite respiciens, quae dextra termitem rhododaphnes, vel lauri, sinistra palmam, vel aliud potius genus

---

gratum fore putaret, quicquid ab hac sibi patefactum jactaret. Ex Eumenio intelligi, somnium fuisse Constantini, non divinum ac coeleste visum, neque in eo vocationem fuisse ad Christianismum, nullam Christi ἐπιφάνειαν, nullum oraculum divinum, sed aut merum Imperatoris commentum et strategema, aut si quid ei verae visionis contigerit, id fuisse ejusmodi, ut facile credas cuivis Imperatori, belli curis occupato et imperii cupido, obiici potuisse. Et veriora Eumenium, quam Eusebium, retulisse, argumento esse consecuta tempora, quibus Constantinus rei bellicae magis, quam Christianae, studium ex illo viso conceptum ostenderit, gentilismi sensum diu retinuerit, nec nisi serius et extremis annis, postquam se Christi sacris addixisset, et apud Christianos tantum, inprimisque apud episcopos et Eusebium, quibus haec facile probari sciret, Christi et crucis apparitionem videri professum. *Christ. Theoph. Wernsdorf.*

lauri, tenet, et ante pedes spolia et captivum sedentem, cum tropaeo, habet: inscriptio est CONSTANTINIANA DAFNE. Parum est, quod ad declarandum hunc numum, quem Oedipo indigere fatentur, Patinus et Begerus afferunt*), Daphnen dici propter ramum lauri, quem teneat Victoria, quae propter continuas victorias totam se Constantinianam esse hac epigraphe fateatur. Nam laurus perpetuum gestamen Victoriae est, atque hic cum aliis victoriae symbolis, palma, spoliis, tropaeo, captivo conjuncta haud ita eminet, ut inde ratio singularis appellationis Daphnes reddi possit. Neque plus efficiunt, qui vel ad nobile Antiochiae suburbium, Daphne vocatum, ubi etiam Dafnense palatium Caesarum fuit, cujus Itinerarium Burdegalense meminit **); vel ad Dafnen castrum in Moesia ad ripam Danubii a Constantino exstructum, Ammiano et Procopio memoratum ***), unde milites quidam *Constantini Dafnenses* in Notitia Imperii dicuntur ****), hoc numo respici existimant. Nam manifestum est, non figuram urbis aliquam, aut castrum, quod alias in numis haud est infrequens, hic conspici, sed speciem Victoriae alatam, cum symbolis suis, quae singulari Daphnes nomine insignitur. Summopere quidem hanc sententiam ornavit M. Fr.

---

*) Patinus *Imperat. Rom. numism. ex aere med. et min. p.* 466. Begerus *Thes. Brand. Tom. II. p.* 803.

**) *Pag.* 581. *edit. Wessel.*

***) Amm. Marcell. *lib. XXVII. cap.* 5. Procop. *de aedif. lib. IV, cap.* 7, *p.* 83.

****) *Notit. imper. Orient. sub magistro mil. per Thrac. cap.* 50.

Lochnerus, singulari dissertatione *), qua Harduinum et Spanhemium **) secutus, operose probare conatur, Daphnen munitionem eo numo celebrari et victoriam Gothicam, in qua praecipuum ejus castri praesidium fuerit, idque ex loco quodam anonymi auctoris ***), quem Henr. Valesius cum Amm. Marcellino edidit, demonstrare conatur, qui Gothos, dicit, per neglectos limites erumpentes, et Thraciam Moesiamque vastantes, Constantini terrore et impetu repressos esse, ut impetrata pace captivos redderent. Sed unusquisque facile intelligit, neque hujus auctoris verba, neque alia ejus belli momenta cogere, ut credamus, in Gothis reprimendis et pace conficienda ullas partes aut praecipuum subsidium Daphnes illius castri fuisse. Quodsi certum esset, Daphnen munimentum inscriptione numi significari, hoc tamen amplius quaerendum videretur, undenam factum sit, ut castrum illud Daphne vocaretur. Enimvero proclive est intelligere, Daphnen in numo non aliam appellari, quam Virginem illam vel Deam, quae Victoriae habitu ibi signata est, vel Daphnen aliquam propri nomine dictam Victoriae specie adumbrari. Itaque quid voluerit sibi Constantinus illo simulacro, altius repetendum atque exponendum videtur.

---

*) Sub indice *Daphne Constantiniana*, quae adjuncta est ejus dissertationi *de Nerio sive rhododaphne*, Norimb. 1716. 4.

**) Harduinus *num. pop. et urb. illustr.* p. 598. Spanhemius *de U. et Pr. num. diss. IX*, p. 777. edit. Amstel. 1671.

***) *Pag.* 714.

§. II.

Nulla vero Daphne ex antiquitate occurrit, quae melius huic numo accommodari possit, quam Sibylla Delphica, eodem nomine celebris, quam quidem alii pro Penei vel Ladonis fluvii filia ab Apolline amata habent *). Diodorus Siculus autem **) Tiresiae vatis filiam dicit, ab Argivis, cum Thebas vicissent, Delphos missam inter praedae primitias, ubi vaticiniis Apollinis edocta oracula ediderit, ideoque Sibylla fuerit cognominata. Pausanias contra ***), fuisse Nympham montis Delphici, affirmat, primamque sacerdotem oraculis praefectam. Constantinus ipse, in oratione ad Sanctorum coetum ****), Sibyllam Erythraeam, ut Pausanias facit, Delphis collocat, et cum Diodoro Siculo Daphnen vocat. Neque minus alii scriptores alias Sibyllas cum Delphica solent confundere, ut appareat, in Daphne illa vel quamvis Sibyllam intellectam esse. Non abhorret a vero, hanc primariam et celebratissimam vatem proposito in numo signatam esse. Ipsa apparet hic plane Sibyllae vaticinantis habitu, in columna vel ara, quasi in tripode, sedens, capite, quod vitta ornatum videtur, retorto et jactato, quod in gestu vatici-

*) Vid. Dan. Clasen *de orac. lib. III. cap. 5. pag. 533.* et Serv. Gallaeus *de Sibyllis, cap. IV.*

**) *Bibl. histor. lib. V. cap. 6.*

***) *In Phocic. cap. 5.*

****) *cap. 18.*

nantis Sibyllae in primis annotare poetae solent. *) Quod alas humeris affixas habet, instar Victoriae, neque id a Sibyllae habitu alienum est. Nam cum alia mentis affectionum et motuum animi simulacra, ut Nemesis, Musarum, Sirenum, Amorum, fingi soleant alata tum Sibylla etiam, cujus totum in agitatione mentis munus versatur, quin cum alis pingatur, nihil vetat. Sed gravior est ratio, cur Daphne speciem Victoriae habeat, videturque illi ea vis tributa, quae cum Victoria, a Romanis culta, valde conveniret. Id nunc amplius demonstrabimus.

§. III.

Quum Daphne oraculis Delphicis praefuisse dicatur, idque oraculum commune Graecorum fuerit, unde omnes responsa de pace et bello, de republica, de hostibus vincendis, et fatis gentium peterent, videntur mox Graeci ex eadem Sibylla sibi numen aliquod finxisse, quod mente providum et virtute validum consilia belli gerendi, et hostis profligandi suggereret, et rebus bene consultis victoriam largiretur. Vix dubitare quis poterit, e Sibylla numen factum, qui, quae vetus de ea existimatio et fama fuerit, apud Plutarchum et Clementem Alexandrinum **) legerit. Nam apud hos Serapion quidam refert, Sibyllam ne mortuam quidem vaticinandi finem fecisse: circumire eam in Luna, et mutatam esse in eam faciem, quae

*) Virg. *Aen. VI*, 48. Tibull. *II. 5. 66.* Lucan. *V*, 170. Val. Flacc. I, 208.

**) Plut. *in libro de Pyth. orac. Vol. VII. Oper. edit. Reiskii p.* 566. Clem. Alex. *Strom. lib. I, p.* 304.

in Luna apparere dicatur: inde spiritum ejus aëri contemperatum per sortes et auguria moveri, e corpore autem in terram mutato herbas oriri, quibus quae nutriantur pecudes, has varia extorum forma et colore futura hominibus significare. Equidem non diserte ad Daphnen Sibyllam haec pertinere dicuntur, Delphica tamen haud dubie intelligitur, ad quam primario referre solent antiqui, quae de singulis memorantur, si quidem Pausanias, quam Herophilen nominat, etiam Delphis vaticinia edidisse dicit Unde nomen Herophilae, non alius Sibyllae, sed eidem, quae Daphne vocabatur, additum fuisse suspicor, quod putaretur oraculis et auguriis Ducibus praesertim et fortibus viris adesse, monere de eventu belli, victoriam promittere, ad fortia facta incendere. Eandem Herophilen, Pausanias refert, *) in carminibus, quae in laudem Apollinis composuerit, Dianae sibi nomen et sororis Apollinis tribuisse. Quae sane maxime conveniunt in eam, quae post mortem oberrare cum Luna, spirituque suo movere sortes et auguria credebatur. Hoc ipsum autem est, quod persuadeat, Sibyllam istam sive Daphnen, sive Herophilen, cum perpetuo agere cum Luna crederetur, pro numine habitam, eo quidem, quod per somnia maxime et nocturnas apparitiones, ubi Luna regnat, de rerum futurarum eventu moneret. Exemplum ejusmodi somnii memorabile apud Plutarchum **) legitur. Refert ille, Syllae somnianti Deam apparuisse, quam ex disciplina Cappadocum Romani colunt, sive ea Luna, sive Minerva, sive

*) *In Phoc. cap.* 12.

**) *In Sylla, cap.* 9.

Bellona fuerit, eamque visam esse Syllae fulmen tradere, atque ut hostes suos feriret, mandasse. Ego, quam habuerint Romani Deam, Lunae simul et Minervae Bellonaeque similem, me nescire fateor. At in numo gentis Corneliae, qui somnii Syllani memoriam et imaginem servat, *) Syllae dormienti adstat Victoria, vel Dea aligera, cum palma, assidente simul in nube Diana cum luna bicorni. Qua imagine quid verius exprimi, quam Sibylla ista, videatur, quae Lunae conjuncta oberrare, atque ex ea somnia immittere et auguria dare credebatur? Eadem vero hic conspicitur Victoriae habitu, et a Plutarcho dicitur habuisse quaedam non solum cum Luna, sed et cum Minerva et Bellona Romanorum communia **). Unde haud difficulter intelligitur, fuisse Deam ejusmodi, cui sapientia aeque ac virtus in rebus bellicis tribueretur, quae auspicia et sortes et arcana quaeque monita de rebus gerendis suggereret, quamque Romani specie Victoriae aligerae et palmatae effingere solerent. Sylla eo numo signato singulare ejus Sibyllae commercium et praesidium jactabat, non solum quod per quietem se monuisset, sed etiam quod nomen gereret a Sibylla ductum. Nempe Cornelio Rufo primo id

*) Protulit eum Vaillant *in num. famil. Rom. tab. LII. n. 78.* Item Morellius *in specim. rei num. tab.* 24.

**) Minervam quidem cognomine Victoriae passim cultam, ejusque simulacrum Athenis fuisse aliis aureis ornatum, ex Aristophane, Eustathio, Phornuto, aliis, probat Jo. Meursius *Lect. Attic lib. I. c.* 20. cum eoque Gisb. Cuperus *Apoth. Hom. p.* 171. Sed quo minus hanc putemus Syllae apparuisse, prohibet illud, quod Plutarchus addit, Deam istam e disciplina Cappadocum esse cultam.

additum ferebatur. qui ludos Apollinares ad victoriam obtinendam bello Punico secundo instituendos e libris Sibyllinis suaserat, ideo *Sibylla* cognominatus, teste Macrobio *).

§. IV.

Quum Sylla igitur in numo Sibyllam imagine Victoriae alatae expresserit, credibile est, idem Constantinum fecisse, praesertim si constet, hujus aeque numum. ac Syllae, ad somnium quoddam Constantino oblatum respicere, quod deinceps amplius demonstrabimus. Enimvero, quam imagine Victoriae proponit, non Sibyllam, sed Daphnen, inscribit, ea-

*) Macrob. Saturn. lib. I. cap. 17. Ob eandem caussam in aliis Syllae numis Sibyllam signatam esse Fulvius Ursinus existimat apud Patinum *Famil. Rom. p.* 89. Et quamquam in his alii caput Veneris agnoscere malunt, alius tamen a Vaillantio *tab. LII. n.* 84. profertur, qui caput Deae laureatum, et in aversa parte tria tropaea habet, in quo Sibyllae caput intelligendum, certo mihi constat. Nam corona laurea caput vatis, i. e. Daphnes, esse indicat, et monogramma in aversa parte numi, quod plerique nomen Fausti Syllae esse opinantur, in exemplo Vaillantii ita formatum extat, ut mihi non aliter, quam vocabulum VATES legendum videatur. Tria tropaea, quae Syllam in annulo gestasse Dio Cassius lib. 42. testatur, sceptrum item, quod capiti Sibyllae appositum est, clare indicant victorias continuas, quas Sylla jactabat, et regnum Romae adeo, quod libris Sibyllinis Lentulus olim in conjuratione Catilinaria tribus Corneliis promissum jactaverat, ad Sibyllae oracula referri.

que re et antiquum nomen Sibyllae, et veram ejus significationem et potestatem aperit. Satis quidem signa instrumentaque victoriae, quibus cincta est, laurus, spolia, captivus, tropaeum, potestatem belli et victoriae indicant, Daphnes tamen nomen inscriptum praecipue ad ramum lauri, quam utraque manu gestat, jubet respici, quae non solum vim vaticinandi, cujus symbolum laurus est, sed etiam virtutem, quam bellicis in rebus praestet, significat. Quamquam plerique dextro ejus brachio lauri ramum, altero palmam geri existimant, ego tamen, considerato accuratius numo, laurum potius pro palma, in dextra vero rhododaphnen puto agnosci. Atque hic termes lauri, quem dextro brachio amplectitur, singulari observatione dignus est. Nam hoc maxime signo vis et potestas, quae ei numini tribuebatur, significari videtur, et quum alias Victoriae simulacrum solo palmae ramo, vel corona laurea insigniri soleat, haec utraque manu diversum lauri genus, vel, si mavis, laurum cum palma, tenet, ut significetur, non solum victoriam eam largiri, cujus magnam partem saepe fortuna tenet, sed et vi sua ad virtutem inflammare, bellandi consilia regere. Celebratur ab antiquis lauri genus, quod daphnoides, rhododaphnen, rhododendron, chamaedaphnen, lauraginem, vel etiam nerion vocant *).

*) Vid. Plinius *lib. XVI. cap.* 20. Singulari dissertatione egit M. F. Lochnerus *de Nerio sive Rhododaphne*, Norimb. 1716. Si quod forte his generibus abs me nominatis intercedat discrimen, id plantarum herbarumque peritis disquirendum relinquo, ad rem praesentem parum attinere existimans.

Hujus ea natura ferebatur, ut crederetur gustu suo incendere ad proelia, vires subinde reficere, et ad victoriam prodesse: refertque Ptolemaeus Hephaestion *), Antodorum quendam, cum ex ea lauru edisset, victorem tridecies coronam retulisse, eundem tamen a Dioscuro Theraeo in quarto decimo certamine victum. Hinc Artemidorus, vetus somniorum interpres **), rhododaphne ait refectionem et a laboribus provenientem victoriam significari, et varia ei frutici nomina sunt data, quibus ista virtus indicetur, qualia a Plinio et Apuleio memorantur, *Victoria*, *νικηφύλλον*, *Vincapervinca* ***). Constantinianam Daphnen, quae in numo est, ad laurum eam, quam descripsimus, respicere, vix cuipiam dubium esse potest, qui numo accuratius inspecto animadvertat, rami laurei, quem Victoria dextro brachio complectitur, plane eam speciem esse, quam Vineaepervincae Plinius tribuit, et Constantinum adeo symbolum hoc esse voluisse illius virtutis, quam Daphnae isti tribuebat, inflammandi et confirmandi ad res fortiter prospereque bello gerendas.

§. V.

CONSTANTINIANA igitur cum inscribitur in numo Daphne, haud dubie declaratur, Constantinum

---

*) Περὶ τῆς εἰς παλυμάθειαν κοινῆς ἱστορίας, inter scriptores historiae poeticae Th. Galei, p. 315.

**) *Oniroerit. lib. II. c.* 68.

***) Plinius *lib. XXI. cap.* 11: *Vincapervinca semper viret, in modum lineae foliis geniculatim circumdata, topiaria herba. Haec a Graecis chamaedaphne vocatur.* Apulejus *de virt. herb. cap.* 58. Conf. Salmasius *Plin. exercit. p.* 287. et Lochnerus *de Nerio, cap.* 3. *p.* 29. *sq.*

eam sibi quasi propriam adscivisse, atque virtuti ejus, auspiciis, oraculis tribuisse, quod tantas res bello gereret, tot victorias consequeretur. Nec desunt alia documenta, quibus pateat, Daphnen a Constantino, tanquam familiare numen, singulariter cultam. Refert Codinus *), atque ex eo Cangius **), fuisse Byzantii in parte palatii a Constantino aedificati statuam Daphnes fatidicae positam, ab eaque ipsum illum locum palatii nomen Daphnes accepisse ***). Vix potuit ea statua ab alio Imperatore, quam ab ipso Constantino, esse posita, qui ipsum palatium condidit, in quo locus illustris ab ipsa hac statua antiquitus Daphne vo-

---

*) *In Excerpt. de antiq. Constantinop.* sigillatim *de aedificiis Constant. num.* 107. *pag.* 40. Tomo XVII. Corp. Byzant.

**) *In Constantinop. Christiana lib. II. cap. IV. p.* 122.

***) Integra verba Codini haec sunt: Τὰ δὲ παλάτια τοῦ ἱππικοῦ καὶ Κοιαίσορος ὁ μέγας ἀνήγειρε Κωνσαντῖνος. Ἡ δὲ Δάφνη ἐκλήθη, διὰ τὸ ἵζασθαι ἐν τῷ τόπῳ ϛήλην, ἥτις ἦν ἡ μαντικωτάτη ποτὲ Δάφνη τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀλλὰ καὶ τύπος ἦν, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῇ πρώτῃ καλανδῶν Ἰαννουαρίου λαμβάνειν τοὺς συγκλητικοὺς δάφνας παρὰ τοῦ δήμου. Lambecius hoc loco Daphnen, quae a Daphnes statua nomen acceperit, de suburbio Constantinopol. perperam interpretatur. Nam referenda est ad palatium hippodromi, cujus ante meminit Codinus, sicut hippodromum ipsum post Daphnen describit, quem a Constantino M. aedificatum, ante Codinum Zosimus tradit *lib. II. cap.* 31. Et palatii, in quo erat hippodromus, partem Daphnen fuisse, praeter Codinum Theophanes *p.* 374. et Leo Grammaticus *p.* 458. testantur.

cabatur. Sed Daphne vates cum neque ab aliis retro Caesaribus in honore habita feratur, neque statuae ejus in antiquitate multum celebratae sint, haud videtur. Constantinus statuae hujus in palatio ponendae aliam caussam habuisse, quam quod honorem et gratiam debere ejus memoriae, ob beneficia per eam accepta, videretur. Si olim Numa Pompilius dicitur arcanis Egeriae consiliis ad rem publicam constituendam usus: si Sibyllae, quae fata imperii Romani cecinisse dicebatur, statuae, teste Plinio *), Romae juxta rostra sunt positae: si Imper Alexander Severus in larario suo animas sanctiores, in iisque Christum, Abrahamum, Orpheum, coluit **): quis miretur, si Constantinus victorias suas, et consilia ordinandi imperii, et novae urbis Byzantii constituendae, ad vatis alicujus, divinitus concessae, quam Sibyllam existimabat, arcanos monitus retulit, ideoque statuam ejus in palatio dedicavit? Aliud idque multo illustrius monumentum honoris, Daphnae a Constantino habiti, sine dubio est castrum illud ad Danubium contra barbaros in limite imperii exstructum. Quod ille *Constantinianam Daphnen* et milites ejus praesidiarios *Constantini Daphnenses* jubens appellari, palam significabat, se praesidium imperii contra barbaros firmatum, victorias item et hostes a finibus submotos, auxilio Virtutis divinae, quam Daphnen appellabat, debere. Erant quidem in urbe Constantinopoli vicinisque regionibus plura loca, quae Daphnes nomen aliis quidem de caussis, sed auspiciis tamen Constantini, acceperant, in-

*) *Lib. XXXIV. cap.* 5, 11.

**) Lamprid. *in Alex. Sev. cap.* 29.

signi documento, Imperatorem auspicato et victorioso Daphnes nomine in pluribus novae urbis suae partibus decorandis valde delectatum esse Verum et haec fortasse memoriam Daphnes illius, quam numo signabat, respiciebant.

§. VI.

Si Daphnen adeo faventem sibi et propitiam Constantinus credidit, ut inde *Constantinian m* vocaret in numo, necesse est, contigerit ei, ut Syllae quondam in somnio quoddam ejus oraculum, vel frequentius commercium, quo eam rebus suis opitulari intelligeret. Fama erat, testantibus scriptoribus qui ejus gesta laudarunt, quum adversus Maxentium in Italiam moveret, monitus arcanos ei nutusque divinos contigisse, quod, cum bellum, grave in primis et periculosum, contra multorum hominum consilia et timores, contra aruspicum monita, quaedam etiam adversa omina, susciperet, non nisi singulari certoque Numinis imperio ad illud descendere videretur. Auctor panegyrici VIII, Constantino dicti, habuisse illum *aliquod cum divina mente secretum, habuisse in consilio divinum numen*, iterato profitetur *). Haec commercia divinitatis, conjuncta cum felicitate rerum Constantinum ubique comitante, adeo celebrant et efferunt rhetores, ut ea re plane similis videatur Cornelio Syllae, quem in somnio ab apparente Victoria monitum supra diximus, quemque tot aliis somniis, responsis, ostentis, prodigiis ferunt per vitam ad res gerendas incen-

*) *Cap.* 2. *et* 4.

sum, ut earum rerum plena sit vita ejus a Plutarcho perscripta. Et Constantino Zosimus *) non mediocre studium oraculorum et auguriorum tribuit, scribens eum sacris patriis i. e. Romanis diu usum esse, et praecipue hariolis et vatibus fidem habuisse. Perquam igitur credibile est, inter patefactiones illas monitusque divinos fuisse in primis somnium, quo crediderit Constantinus Daphnen fatidicam secum locutam esse. Illud autem, quod Eumenius memorat, de Victoria cum Apolline adstante et coronas laureas porrigente, quod superiore capite excussimus, plane est ejusmodi, ut ad Daphnen referendum videatur. Eumenius Deam, cum Apolline venientem, Romano more Victoriam appellabat, quemadmodum Victoria in numo Syllae signata est, quam Daphnen fuisse diximus. Et quae Apollini juncta apparebat in somnis, vix alia existimari poterat, quam Sibylla, quae oraculis Apollinis praefuisse, et post mortem in Lunae faciem mutata sortes ubique et auguria movere credebatur. Primo capite dissertationis nostrae demonstravimus, quam Victoriam Eumenius dicat, Verbeiam Gallorum esse, quae quod cum Apolline uno templo colebatur in lucro Dumno, hinc et Eumenio videbatur una cum Apolline Constantino, qui eo loco commorabatur, apparuisse. Eandem vero coniecimus fuisse Deam fatidicam, eoque Daphnae Graecorum perquam similem, cuius proinde nomen Constantinus, somnii sui memoriam renovans, in numo adhibuit, aliis praesertim caussis tum accedentibus, quas posthaec

*) *Lib. II. cap. 29.*

memorabimus. Et ne forte dubitemus, praecipuam Daphnes numo signandae caussam Constantino oraculum vel somnium ab ea profectum fuisse, confirmat id statua Daphnes a Codino memorata *), cuius dedicandae ratio quin eadem fuerit, ac numi eius imagine signandi, nihil dubitandum est. Nam Codinus statuam Daphnes non tanquam lauri simulacrum et victoriae symbolum describit, sed μαντικωτάτην τοῦ Ἀπόλλωνος appellat, haud obscure significans, rationem eius dedicandae fuisse oraculum aut vaticinium ab ea acceptum. Certe in somnio Constantini talis apparebat, qualis in statua repraesentata est, vates et fatidica, Apollinis assecla; et in numo simul exprimitur Victoriae specie, qualis Eumenio visa erat in somnio apparuisse. Vnde statua Daphnes in palatio dedicata aeque ac figura eius in numo expressa omnino videtur ad somnium Constantini respicere. Ex ipsa denique somnii specie, cur Daphnen Sibyllam imaginatus sit Constantinus, intelligitur. Superiore capite dissertationis demonstravimus, signum illud sive figuram corona circumdatam, in qua Eumenius omen tricenum annorum agnoscebat, Constantinum postea, Christianorum suasu permotum, de signo crucis et monogrammate nominis Christi interpretatum esse. Qui Imperatori hoc persuaserant, iidem forte vaticinia Sibyllae, valde tum inter Christianos celebrata, apud eum laudaverant, in quibus crux et nomen Christi iisdem litteris expressum extabat. Et novisse haec Constantinum, ipse in oratione ad coetum sanctorum testatur, ubi carmen Sibyllae recitat, quod Christum Dei filium, servatorem, et crucem eius litteris singu-

*) *Cap.* 18.

lorum versuum initialibus praedicat: Ἰησους Χριστος Θεου υἱος Σωτηρ Σταυρος; eiusque carminis auctorem diserte Daphnen nominat. Jam pronum Constantino erat credere, quae Christum et crucem ita litteris designasset, eiusdem esse similem demonstrationem sibi somnianti factam per figuras litterarum coronae inclusas. Cumque caetera, quae in Dea ista, sive Virgine, sibi visa observari poterant, omnino convenirent Sibyllae, quae olim Delphis cum Apolline oracula fudisse, et porro auguriis et vaticiniis praeesse credebatur, facile in eam sententiam descendebat, ut eandem crederet sibi Daphnen apparuisse.

§. VII.

Ipse Eumenius videtur Constantinum oratione sua induxisse, ut et Daphnen sibi apparuisse crederet, et singularem eius cultum adscisceret. Nam allegat *divina vatum carmina*, quae cecinerint, Apollini *totius mundi regna deberi*, et Constantino persuadere conatur, ut, quod de Apollinis regno ea carmina cecinissent, ipse ad se traheret, et in se eventum habuisse crederet. Sic enim ille: *Vidisti*, (Apollinem) *teque in illius specie recognovisti, cui totius mundi regna deberi vatum carmina divina cecinerunt. Quod ego nunc deum arbitror contigisse*, cet. Per divina carmina vatum non alia intelligit, quam Sibyllarum, quae, cum vates Apollinis haberentur, laudes eius frequenter cecinerunt, atque in his ut regem et terrarum dominum celebrasse videntur. Quod cum ex variis earum carminibus, vel fragmentis carminum, quae passim apud veteres leguntur, intelligitur, tum ex hac particula, quam Virgilius Eclog. IV e carmine Sibyllino servavit: *Tuus iam regnat Apollo*. Idem videtur etiam e spuriis, quae hodie circumferuntur, Sibyllinis intelligi.

Quae cum aliquoties de aeterno coelestique rege venturo loquuntur, imitari videntur antiqua carmina, et pro Apolline Messiam substituisse. Monens deinde Eumenius Constantinum, ut regnum mundi, quod Sibyllae dicant Apollini deberi, nunc eo apparente sibi contigisse existimet, quid aliud, quam attendere eum ad Sibyllina carmina iubet, in eamque mentem adducit, ut Apollinis sibi oblati comitem ipsam Sibyllam, vatem eius, esse putet? Accesserunt postea haud dubie, quod semel iam dixi, aliorum, Christianorum maxime, qui Sibyllarum studio ducerentur, suggestiones, quibus in ea opinione confirmaretur. In oratione ad coetum sanctorum Constantinus versum Virgilianum, eumque Sibyllinum, *Iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna*, sic vertit:

Ἥκει παρθένος αὖθις, ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα.

Quem versum sicut Constantinus, sive interpretis cuiusdam auctoritate, sive suo iudicio, accipit de Virgine aliqua, dilectum regem adducente, ita ei, in visi olim sibi oblati memoriam redeunti, proclive fuit, factum ea visione existimare, quod illud oraculum vellet, et Virginem aliquam, h. e. Sibyllam, Apollini dilectam, adduxisse sibi regem, cuius specie delatum sibi mundi regnum cognosceret. Et quamvis dicto loco Imperator versum Virgilii de Maria Virgine, et adventu Christi, intelligat, tamen, quemadmodum ab Eumenio adductus erat, ut Apollinis apparentis speciem et regnum aptaret sibi, ita postea a Christianis edoctus, de Christo intelligendi, quae Sibyllae de Apolline praedicassent, coepit pro Apollinis specie Christum sibi visum imaginari, et quod illius regnum significaretur, ad se transferre, qua Christi eius-

sam ageret, et religione Christi per orbem stabilita regnum eius amplificatum iret *). In qua persuasione etsi admodum falsus fuit, bella tamen eum et res omnes gessisse, multa declarant. Cum enim Constantinum scriptores Christiani toties iactent sub Christo bella gerere et vincere, quod nomen eius scutis et signis praeferret, victoremque memorent Christo tropaea erexisse, victos autem ab eo non alios, quam adversarios Dei dicant, quis dubitet, eadem ipsum Constantinum sensisse? Et Sibyllinorum carminum, eorumque, qui haec commendabant, studium resipiunt, quam Constantinus crebro videtur de mira imperii sui felicitate gloriatus. Declarant hoc numorum inscriptiones, quibus BEATA TRANQUILLITAS, GLORIA SAECULI, FELICIA TEMPORA sub eius imperio laudantur. Saturnium adeo saeculum sub eo crebris sermonibus iactatum esse, mordax Ablavii Consulis in Constantinum epigramma testatur, quod Sidonius Apollinaris **) servavit;

*) Talia persuasisse sibi Constantinum, documento esse potest, quam capite primo descripsimus, columna porphyretica Constantinopoli posita, in qua statuam Apollinis sub suo nomine dedicasse, unaque aptasse ei clavos Servatoris cruxifici dicebatur, ita ut quasi una in statua et sua, et Apollinis et Christi insignia coniungeret. Quam perversam rei profanae et sanctae, humanae et divinae, commixtionem vix credere possemus a Christiano Imperatore profectam, nisi scriptores id satis clare testarentur, eademque ratio ex aliis Constantini factis appareret.

**) *Epist. lib.* V, 5.

Saturni aurea saecla quis requirat?
Sunt haec gemmea, sed Neroniana *).

Quod igitur, ut paullo ante diximus, Constantinus Eumenii primo, post Christianorum suasu impul-

---

*) *Vid. Anthol.* lat. Burm. *lib.* II. *ep.* 114. Figurate hoc *versu* pungi Constantinum, quod instar Neronis, eodem *fere tempore* et coniugem Faustam et filium Crispum extinxerit, ipse Sidonius affirmat. *Neroniana* alludunt ad *gemmam* sive smaragdum Neronianam, quae a Nerone quodam gemmarum artifice et polistore ita dicebatur, ut observat Salmasius *Exerc. Plin. ad Solin. p.* 777. Neque vero crudelitatis solum, sed et formae corporis caussa Constantinus videtur dicteriis hominum cum Nerone comparatus. Hoc enim spectare existimo *Trachalae* nomen, quo eum appellatum Aurel. Victor *in Epit. de Caes. cap.* 41, refert. *Proverbio vulgari*, inquit, *Trachala decem annis praestantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis pupillus, ob profusiones immodicas, nominatus est.* Cedrenus p. 262. hoc ei additum nomen dicit, ὅτι παχὺς ἦν τὸν αὐχένα, quod crassus esset cervice. Neronem vero Suetonius *cap.* 51. scribit *obesa cervice* fuisse. Quamquam non solam cervicem Trachalae appellatione respexisse homines arbitror, sed ipsam Constantini personam. Τραχήλους, et Dorice τραχάλους, Hesychius purpuras esse dicit, Pomp. Festus muricum ac purpurae superiores partes: inde Ariminenses maritimos homines cognomen Trachali traxisse. Commode igitur Trachalum vocabant Constantinum, purpura insignem Imperatorem, qui sedem suam Byzantii in ora maritima fixisset. Et purpurae vel τραχήλου Aristoteles, *histor. anim.* V, 15. tres partes esse scribit, quarum superior τράχηλος, media μήκων, ima πυθμὴν vocetur. Florem purpurae illum

sus est, ut ad oracula Sibyllina attenderet, et quae in iis vel de Apolline vel de Christo dicta essent, ad se et suum regnum applicaret, id simul fontem et rationem aperit, cur deinceps somnii sui visionem sola Sibyllae figura exprimere in numo voluerit. Nam cum ea vates Apollinis a gentilibus, Christi nuntia a Christianis haberetur, credidit eam ad utrumque posse referri, et, si Christi comitatu apparuisset, nihil aliud sibi, quam regnum eius denuntiasse suis armis stabiliendum.

§. VIII.

Neque vero numum, qui Daphnes simulacrum repraesentat, statim post visionem illam a Constantino cusum esse existimo, sed quum viso illo plures sibi victorias sensisset promitti, post earum veluti decursum propiorem nactus occasionem videtur, Daphnes olim sibi vaticinantis, numo exprimendae. Nempe ultimam eius maximamque victoriam, quam de Licinio reportavit, quo victo soli sibi imperium orbis Romani asseruit, causam fuisse existimo, quae Constantinum Daphnes numo signato celebrandae admo-

---

tingendis expetitum vestibus, ut Plinius IX, 36, dicit, in mediis habent faucibus, hoc est in parte illa prima, quae τραχηλος dicebatur. Inde arbitror a muricis potius, quam a sua cervice Constantinum Trachalae nomen accepisse, quod Victor scribit, imperium eius itidem in tres partes sermonibus hominum distinctum esse, et praestantissimam eius partem primum fuisse, ut in purpura,

meret. Erat Licinius primum in urbe Byzantio a Constantino obsessus, unde fugiens, et in adversum Bithyniae litus evadens, tandem ad Chalcedonem ingenti proelio victus et fusus est. Traiecerat Licinius in Asiam ex eo loco, qui supra Byzantium ad Ponti ostium olim Iasonium ab Iasonis et Argonautarum appulsu vocatus est, et nemus lauri aramque Apollinis habuit *), postea ἀναπλοῦς dictus videtur, quod nomen Nicephorus Callistus usurpat **), atque haud dubie, propter adiacens lauri nemus, suburbio Constantinopolis Daphnae nomen dedit ***). In altero Bospori litore vicinus Chalcedoni, ad quam confugiebat Licinius, portus celeberrimus Constantini aetate Σωσθένης vel Σωσθένιον dictus, sed olim λιμὴν Δάφνης, vel Δάφνη μαινομένη, *Daphne insana*, vocabatur ****). Hoc autem nomen ille portus accepit a genere lauri sylvestris, cuius virtutes et nomina supra §. IV. memoravimus. Et quod propter vim, quae inesse dice-

*) Vid. Dionys. Byzant. *de Bosporo Thracio*, *Tomo* III. *Geograph. Hudsoni*, *p.* 10.

**) *Lib.* VII. *cap.* 50.

***) Id suburbium, ut testatur Stephanus in Δάφνη, et ex eo Eustathius *ad Dionys. v.* 916, etiam *Daphne Sergii* vocabatur, forte quod exemplo Daphnes Antiochenae, quam amoenitate referebat, a Sergio quodam nobili Romano, auspiciis Constantini, exstructum esset.

****) Anon. *Peripl. Ponti Eux. Tomo* I. *Geograph. Huds. p.* 16. Arrianus *in Peripl. Pont. Eux. ibid. p.* 25. Alii scriptores simpliciter *Daphnen* vel *portum Amyci* vocant, ut Apollonius Rhod. *lib.* II, *v.* 166. Plin. *lib.* XVI. *c.* 44. §. 89.

batur, inflammandi ad pugnandum, νικήφυλλον et Vinca pervinca dicebatur. hinc fortasse vicina loca Bithyniae, ubi copiose nascebatur, similia acceperunt nomina, ut Nicaea, Nicomedia et Nicopolis, a qua nomen accepit sinus, in quo ipse portus Daphne *). Μαινομένη haec subinde cognominata est, et portus Amyci, quod in eo tractu Amyci Bebrycum regis, ab Argonautis pugilatu interfecti, tumulus esse dicebatur, qui a supremo eius die lauro tectus est, quam insanam vocant, quoniam, si quid ex ea decerptum inferatur navibus, iurgia fiant, donec abiiciatur **). Videmus igitur, ea loca, ubi res cum Licinio gerebatur, lauretis et Daphnes nomine celebris fuisse, et praeter ea plura alia loca ad Pontum Daphnes nomine insignia a Geographis observantur. Cuius rei caussa esse videtur, quod rhododaphne sive nerion, ut Dioscorides scribit, maritimis locis ubertim nascitur, et sigillatim Plinius tradit ***), *scatere rhododendro silvas in Ponto.* Cum Constantinus ad Chalcedonem maximam et postremam victoriam de Licinio reportasset ea regione, quae copia lauri in primis celebris memorabile Daphnes nomen multis locis gereret ****), non poterat, quin in memoriam

---

*) Plinius *lib.* V. *cap.* 32. §. 43.

**) Ita Plinius *lib.* XVI. *cap.* 44.

***) *Lib.* XXI. *cap.* 13, 45. Vid. Lochnerus *l. c.*

****) Nec Daphnes solum, sed et nomen ab Apolline plures circa Pontum urbes, insulas, regiones habuisse, docent

rediret Daphnes Sibyllae, sibi olim per quietem visae, quae omen victoriae sibi datum nunc, loco victoriae cognomine monstrato, confirmasset, et promissum munus perfecisset. Haec ut cogitasse Constantinum credamus, paene persuadet Zosimus *), qui eum dicit, postquam toto potitus imperio erat, gentilium sacris adhuc adhaesisse, praecipueque fidem habuisse vatibus et hariolis, quos vidisset vera sibi de omnibus rebus feliciter gestis praedixisse. Hoc enim animo si tum fuit, multo magis eum, credibile est, Daphnes studiosum fuisse, quam oraculis sciret vulgo praefectam haberi, et multas sibi victorias praedixisse meminisset. Et fortasse eventu et nomine loci, quo victoriam summam adeptus erat, admonitus, nunc primum intelligebat, Virginem divinam, quae sibi apparuisset, Daphnen Sibyllam fuisse, quae coronis laureis in somno oblatis eas significare lauros volnerit, quas regio Daphnes nomine celebrata praebitura esset. Itaque tanquam auctorem et praenuntiam victoriarum suarum, cuius vim et numen extrema maxime ad Chalcedonem expertus esset, statuit aliquo monumento gratus honorare. Ad hoc recte exprimendum iuvabat in primis lauri, quae ea re-

---

Geographi. Et quae Daphnes nomen gerebant, plerumque Apollini sacra fana vel altaria habebant. Itaque ea iis locis feliciter gesta experiebatur Constantinus, praesto sibi fuisse Daphnen cum Apolline, qui sibi olim victoriam oraculo promisissent, ac somnium illud euentum habuisse.

*) *Hist. lib.* II, *cap.* 29.

gione copiose nascebatur, natura, quae sicut insitam virtutem inflammandi ad pugnandum vincendumque habere credebatur, ita ille ardorem suum in barbaris hostibus atque aemulis suis profligandis ab instinctu et oraculo Daphnes Sibyllae profectum videri volebat. Iuvabant etiam, quae daphnae, a qua regio vicina dicebatur, imponi solebant nomina *νικηφυλλον*, Victoria, Vinca pervinca, quae ipsius Victoriae Deae vel *Vicspotae* sunt*). Accedebat denique, quod memmerat, quae se in somnio monuisset, Victoriae alatae forma apparuisse. Itaque Daphnen eam putavit nominandam, et expressit in numo habitu Victoriae aligerae, arae vel columnae insidentis: ramum rhododaphnes cum lauro ab ea gestandum signavit, qui vim et ardorem vincendi ab ea iniectum significaret, aimul locum, ubi maxime vicisset, indicaret; numerum etiam et magnitudinem victoriarum pluribus earum insignibus, tropaeo, spoliis et vincto captivo designavit: inscripsit denique CONSTANTINIANA DAFNE. Subscriptae litterae CONS. signatum esse numum Constantinopoli, nova urbe dudum condita, et confirmato amplificatoque imperio, testantur.

§. IX.

De portu *Δάφνης*, quem recentius *Σωσθένην* vocatum esse, atque ob victorias ea regione relatas

*) Sic a Romanis Victoria Dea dicebatur, a vincendo et potiundo, teste Cicerone *de leg.* *lib.* II. *cap.* 11. Aedes Vicspotae memoratur a Livio *lib.* II, 7. ad quem locum vid. not. doctorum virorum.

Constantino diximus praecipuam occasionem Daphnes singulariter colendae praebuisse, necesse est, ut quaedam alia memoratu digna adiiciamus, quibus sententia nostra haud parum confirmetur. Nam ex iis, quae Sozomenus et Nicephorus Callistus ea de regione referunt, colligere videmur, Constantinum eo ipso loco ad memoriam victoriarum suarum Daphnae Constantinianae monumentum tale quidem, quale in numo expressum est, posuisse. Narrabo hic historiam aliquam Nicephori *), quae quidem valde fabulosa est, aliqua tamen rerum momenta continet, quibus explicatis Daphne Constantiniana illustrari possit. Refert Nicephorus duo templa a Constantino S. Michaeli Archangelo sacrata esse in regione ad Constantinopolin, unum in loco, qui ἀνάπλους h. e. traiectus dicitur, alterum in opposito litore in Sosthenio. Virumque locum lauretis et Daphnes nomine nobilem fuisse paullo ante diximus. Sozomenus ecclesiae tantum in Hestiis aedificatae meminit **), qui locus idem ac Sosthenium, saltem ei vicinus videtur ***), quemque suo tempore Μιχαήλιον vocari di-

*) *Hist. Eccles. lib.* VII, *cap.* 30.

**) *H. E. lib.* II. *cap.* 3.

***) *Hestiae* in eo litore Bospori Plinius meminit *lib.* V. *ad fin.* Neque alius is locus est, quam Sosthenium, quod olim Δάφνη μαινομένη erat, et vicinum habebat promontorium Iovis Urii. In eo Argonautas Apollonius dicit duodecim Diis aras statuisse, alii aram Iovis, Neptuni vel Dianae collocant. Inde Ἑστίας, modo ab aliis Ἑσίου dictum esse puto.

cit propter Archangeli frequentes apparitiones. Nicephorus aedis in Sosthenio exstruendae, ipsiusque nominis imponendi hanc caussam fuisse refert: „Argonautas olim hunc in locum appulsos, metu Amyci „Bebrycum regis, a quo fugati erant, in locum quendam nemorosum et densissimis arboribus opacum „confugisse. Hic, eis latitantibus Virtutem coelitus „advenisse, viri specie, alas veluti aquilae in humeris habentis, et victoriam adversus Amycum oraculo „denuntiasse. Illos porro hoc superato cum copiis „et ocnisn hanc gratiam visioni retulisse, ut fanum „et statuam ea, quae iis apparuerat, forma in loco eo „excitarent, ipsumque locum Sosthenium appellarent, „quod scilicet robore ibi accepto salvi evasissent." Pergit mox Nicephorus: „Constantinus cum in eam „oram necessaria de caussa divertens eam statuam „vidisset, familiaribus suis et comitibus rem indicavit. „Deinde somnii capiendi tempore assistens ei spectrum „similitudine statuae, quam viderat, Ego, inquit, „ea forma sum Michael archidux virtutum Domini, „qui tibi contra impios tyrannos belligeranti auxiliaria „arma contuli. E somnio excitatus Constantinus re„gionem illam pulcherrime excoluit, et ara magnifice „exstructa in parte orientali templum illud celeberri„mum civibus pariter atque advenis reddidit." Hactenus Nicephorus. Plura in hac narratione insunt, quae efficiant, ut de alio monumento eius, quae in nummo Dafne Constantiniana dicitur, sermonem esse credamus. Nominantur eadem loca in utroque litore Bospori, in quibus bellum gestum cum Licinio, et caussam extitisse Daphnes dedicandae diximus. Memoratur species aligera Virtutis alicuius coelitus mis-

sae ea in regione conspecta, et Constantino oblata in somnis, quae auxilium et victoriam promisit: denique ex viso illo ara vel statua ei dedicata. Quae omnia quodammodo conspirare videntur ad designandam illam Virtutem divinam, quae Constantino Victoriae alatae specie apparebat in Galliis, et nunc eo loco, quo victoriae ab ea promissae eventum habuerant, monumento aliquo repraesentata, et Daphne appellata, in eam opinionem homines induxit, ut hoc demum loco Constantino apparuisse crederetur. Sed nunc, quae in narratione Nicephori fabulosa sunt, evolvamus. Falsus omnino est Nicephorus, quod Sosthenii nomen ad tempora Argonautarum refert. Veteres scriptores omnes eum locum et portum Δάφνην μαινομένην appellatum esse affirmant, Arrianus tantum, et alius auctor Peripli Ponti Euxini supra allegatus, sua aetate Σωσθένην sive Σωσθένιον vocari ait, quem Constantini demum temporibus vixisse evincit H. Dodwellus *). Itaque nomen Sosthenii non nisi aevo Constantini ortum est. Quodsi hoc apparitioni Virtutis alicuius coelestis debetur, haec certe non ad Argonautas, sed ad Constantinum referenda est. Quod vero Virtutem coelestem Constantino apparuisse dicit ea specie vel forma simulacri, quod ea in regione ante viderat, idque simulacrum ab Argonautis ex alia et antiqua apparitione eo loci dedicatum esse perhibet, id totum fabulosum est, et magnam antiquitatis ignorantiam prodit. Confictum id et mutua-

*) In dissert. quae est octava, Tomo I. Geograph. Hudsoni praemissa.

tum e sacra Iosuae historia est, cuius non solum nomen, sed et res gestas recentiores Graeci cum Iasonis, Argonautarum ducis, nomine et expeditione confundere consueverunt *). Iosuae Palaestinam cum exercitu ingredienti ducem viae columbam fuisse, Samaritani tradiderunt **), quod de Iasone per Symplegadas navigante mythologi referunt. Vicissim ad Iasonem trahebant Christiani Graeci, quod de Iosua historia sacra memorat ***), visum ei esse Ἀρχιστρατηγὸν δυνάμεως Κυρίου, auxilium et victoriam contra Cananaeos promittentem. Cum Constantinus bellum contra Licinium iisdem in locis gereret, qui vetusta Iasonis expeditione contra Amycum et Bebrycas essent celebres, et fama esset, monitu aliquo divino eum in ancipiti gravis belli discrimine confirmatum esse, Christiani, magna omnia de Constantino cogitantes, similem ei ac Iasoni, seu potius Iosuae, credebant apparitionem nuntii coelestis factam. Amant enim scriptores Christiani facta et bella Constantini cum veterum Hebraeorum ducibus et rebus gestis comparare; quandoquidem Eusebius etiam ****) victum a Constantino Maxentium, et in Tiberim delapsum, cum Pharaonis equis et curribus ductu Mosis in mari demersis confert. Verba, quibus species illa sive

*) Iasonem hebraice vocari Iosuam, observat Grotius *Annot. in Act. Ap.* XVII, 5. *et Rom.* XVI, 21.

**) E Chronico Samaritanorum hoc refert Scaliger, *comment. ad Manil. lib.* V. *p.* 396.

***) *Ios.* V, 14.

****) *Hist. Eccles. lib.* IX. *cap.* 9.

δύναμις coelestis Constantinum in somnis alloquitur, fere eadem sunt, ac quibus utitur Iosuae apparens Ἀρχιστρατηγὸς Κυρίου, forma autem, qua apparuisse scribitur, plane opiniones et ritus recentiores Christianorum sapit, qui angelis Dei formam aligeram tribuebant. Tali forma Archangeli statua neque relinqui ab Argonautis, neque superesse ad Constantini tempora potuit; sed, quod valde suspicor, extabat in ea regione simulacrum Iovis Vrii, qui in promontorio ad angustias Ponti, non procul Chalcedone, eaque ipsa regione, qua Δάφνη μαινομένη est, templum habebat, quod ab Iasone conditum ferebatur *). Nomen Vrii graecum significat ventos secundos et prosperam navigationem praebentem, Romani vero dicebant eundem esse ac Iovem Imperatorem **). Mihi non dubium est, Iovis Vrii simulacrum fuisse alatum ***), ut ventorum apud veteres fingi solebant, quod videntes Christiani, scientesque hunc a gentilibus appellatum Imperatorem, et ab Iasone templo

*) Arrianus *in Periplo Ponti Euxini*, pag. 12. *Tom. I. Geogr. Huds.* Ex Pomp. Mela *lib. I, cap. 19. Ipsis in faucibus* (Bospori Thracii) *oppidum, in ore templum est. Oppidi nomen Chalcedon, auctor Archias Megarensium princeps; templi numen Iupiter, conditor Iason.* Videndus Is. Vossius ad hunc locum.

**) Cicero *in Verr. lib.* IV, *cap.* 58.

***) Sicut Pluvii Iovis simulacrum alatum conspicitur in columna M. Aur. Antonini, cuius imaginem aere excudendam curarunt Burmannus *ad Petron. p.* 213. et Sig. Havercampus *ad Tertull. Apolog. cap.* 5.

consecratum, ineptam fabulam confinxerunt, quam Nicephorus refert, Ἀρχιστρατηγὸν vel Imperatorem exercitus Dei humeris alatis primum Iasoni, et extremis temporibus Constantino, post statuam eius inventam, in somnio apparuisse. Fecit autem inepta Constantini cum Iosua comparatio, et statuae, quam vidisset ille, ad Iasonem auctorem relatio, ut idem, quod Iosuae, ostentum Constantino evenisse, statuamque Archangeli ab eo ad exemplar eius visi positam esse crederent. Sed ansam errori dedit haud dubie Daphnes vel Victoriae effigies, monumenti caussa a Constantino ea in regione dedicata. Quae cum haud secus, ac vetustum illud simulacrum, ibi repertum, alis insignis esset, pariterque ob victorias in iisdem regionibus Constantino divinitus concessas posita ferretur, Christiani, magna vetustatis ignoratione laborantes, perperam crediderunt, monumentum Daphnes aligerae e statuae ibi inventae exemplo expressum esse. Illud tamen, si simile fuit figurae in numo excusae, id quod minime est dubitandum, non Iovis Imperatoris, aut, si mavis, Archangeli speciem referebat, sed Deae vel Virginis, et Daphne nominabatur. Quod autem Nicephorus refert, statuam vel aram et templum ex viso antecedente dedicatum esse, id eatenus admittendum, ut non de viso recenti, sed de antiquo illo, quod Eumenius retulit, intelligamus, quo Daphne Victoriae alatae specie oblata est: ut adeo confirmetur inde sententia hactenus a nobis asserta, Constantinum, victo ad Chalcedonem Licinio, admirabilis victoriae eventu, et regionis, qua vicerat, nomine et natura admonitum, rediisse in me-

moriam visi olim sibi oblati, et Sibyllam Daphnen, quae victorias sibi promissas nunc consummasset, habitu Victoriae aligerae, ad memoriam beneficii monumento aliquo honorasse.

§. X.

Hoc igitur e fabulosa Nicephori narratione videtur colligi, Constantinum fortasse aliud *Daphnae* monumentum simile illi, quod numo expresserat, in eo templo posuisse, quod in Sosthenio excitaverat Deo ob victorias, quas virtute divina adiutus ea in regione adeptus esset. Quod monumentum cum figura aligera constaret, quae ei ante in somnis visa esset, hinc postea vulgatam inter homines opinionem, simulacrum illud esse Archangeli, ipsumque templum ei consecratum. Etsi non simulacrum Nicephorus refert, sed tantum aram et templum in Sosthenio dedicatum, illud tamen non credo abfuisse, quum fieri vix potuerit, ut templum crederetur Archangelo, et quidem ex visione illius, forma alata apparentis, dedicatum, nisi fuerit in eo figura eiusmodi conspecta, quae Archangeli videretur. Nam ab ipso Constantino templum dedicatum Michaeli Archangelo esse, valde dubito. Socrates, et, qui proximus Constantino singula eius opera fuse persequitur, Eusebius nusquam meminit templi Archangelo a Constantino dicati, nec ipse quidem Sozomenus, sed tantum aedificatam a Constantino memorat ecclesiam in Hestiis qui locus nunc Μιχαήλιον vocetur. Non is aevo Constantini cultus angelorum fuit, ut illis ecclesias dedicarent, nec adsueverant iam tum formas angelorum aligeras fingere, ut ea forma crederent apparitiones

eorum fieri. At figurata rerum simulacra, sigillatim victoriarum, qualia Caesares gentiles usurpaverant in numis et monumentis publicis, servare poterat Constantinus, templumque, quod in auxilii divini, in bello sibi praestiti, memoriam excitaverat, figura aliqua victoriae insignire. Nec, si quid in ea re parum conveniens doctrinae Christianae videbatur, id valde mirandum erat in Constantino, qui plura ex gentilismi more retinuit et Christianis ritibus attemperavit. Ex historicis Christianis, et maxime ex Eusebii relatione, constat, Constantinum templa haud pauca, ad memoriam victoriarum suarum, et gratiam Deo referendam, excitasse, in quibus credere par est symbola etiam victoriae, qualia in numis extant, ab eo posita. Placet in primis referre hic, quae Eusebius *) de ecclesia Nicomediae magnifice exstructa loquens praedicat: *ἐξ οἰκείων θησαυρῶν κἀνταῦθα τῷ αὐτοῦ σωτῆρι τὰ κατ' ἐχθρῶν καὶ θεομάχων ἀνυψῶν νικητήρια, Proprio sumtu in honorem Servatoris sui eo etiam in loco tropaea victoriae erexit, quam de hostibus et de adversariis Dei retulerat.* Durum est, *νικητήρια* de ipsis templis aedificatis intelligere, et multo convenientius, de monumentis ibi positis, quibus victorias Servatori acceptas retulit. Interpres vertit tropaea victoriae, ego malim signa ipsius Victoriae alata, cum aliis eius symbolis, intelligere, praesertim si fuerint, sicut in numo Constantini, ramo rhododaphnes vel *νηρίου* instructa, quod iudice Th. Reinesio **) contracte quasi *νικητήριον* di-

*) *De V. C. lib.* III. *cap.* 50.

**) *Epist. ad Hofm.* XXV, *p.* 94. Vid. et Lochner. *de Nerio pag.* 29.

citur, atque alias νικηφυλλον appellatur. Tale νικητήριον, sive signum Victoriae, haud dubie Constantinus in eo templo posuit, quod in Sosthenio gratam in memoriam victoriae a Deo acceptae excitaverat, idque sine offensa Christianorum eodemque iure ei facere licuit, quo alia saepe anathemata templis exornandis contulit, aut quo alii consueverunt donaria et certa rerum simulacra, voti solvendi caussa, in templis suspendere. Et putabat Constantinus hoc νικητήριον servire honori Servatoris, quod eo non Victoriam, qualem gentiles colebant Deam, sed Daphnen volebat adumbratam, quae se olim, monstrato nomine Christi, in hoc vincendum esse docuerat. Eam ob caussam non tam regionem illam, quam ipsum templum in ea exstructum, Sosthenium a Constantino dictum esse arbitror, eo quod monumentum servaret Virtutis divinae, quam meminisset patefactione singulari robur animo addidisse et salvum se ex tot bellorum periculis praestitisse. Hoc animo cum monumentum victoriarum Constantinus in Sosthenio dedicasset, forte de Archangelo minime cogitavit, sed cum fama dedicati in eo simulacri aligeri multum celebraretur, nec arcana eius ratio et sententia satis pateret vulgo, increbesceret vero sequente aetate opinio, quae angelis Dei formam aligeram tribueret, evenit tandem, ut templum istud Archangelo dicatum crederetur, ipseque locus diceretur Μιχαήλιον. Ipsa Constantini visio diversum interpretandi modum pro diversitate temporum experta est, qua cum Eumenius, et fortasse multi alii, dicerent Victoriam alatam Imperatori visam, Christiani sequioris aetatis, ut Sozomenus testis est, existimabant angelos ei adstitisse,

qui dicerent, in signo crucis vincendum esse. In numis etiam Imperatorum, quae frequentissime expressae sunt, Victoriae imagines, crucem vel clypeum tenentes cum nomine Christi, recentiore aetate videntur mutatae in formas alatas angelorum.

§. XI.

Quum, sicut hactenus vidimus, multis et rerum occasionibus et monumentis singularem Constantinus Daphnes Sibyllae cultum prae se tulerit, sane non falli videmur, si existimemus, voluisse eum huius imagine virtutem aliquam divinam sibi adiunctam significare, quae sibi in bellis gerendis et hostibus devincendis singulariter adesset, salutaria consilia subiiceret, vim et robur animi adderet, et in rebus gerendis providum, sollertem, fortem, invictum praestaret. Neque perpetua, qua usus est, armorum felicitas, seriesque victoriarum, ut persuaderet hoc sibi, parum momenti attulisse censenda est. Equidem hoc sentiens et agens, ut maiorem sibi auctoritatem apud suos, terrorem apud hostes pararet, fecit haud aliter, quam plures ante se Imperatores: quandoquidem Sylla Dictator ab Apolline, cuius parvum simulacrum secum gestabat, victoriam sibi aiebat promitti *); C. Marius a saga quadam Syra, quam Plutarchus Martham nominat **), dimicationum eventum se si-

*) Plutarchus *in Sylla cap.* 29. Frontinus *Strateg.* I, 11. §. 11. Statius *Silv.* V. 3: *et non sine Apolline Sulla.*

**) *In Mario, cap.* 17.

mulabat cognoscere, et Q. Sertorius a Diana per cervam candidam, quam secum ducebat, de futuris se moneri, barbaris persuadebat *). Sed Constantinus, qui Christi doctrinam professus Sibyllam, quasi numen aliquod familiare, gentilium ritu coluit, non ea videtur sensisse, quae sanctior Dei religio postulabat, neque, si quis ea re parum christiane eum egisse existimet, multa ego contra dicere ausim. Sunt tamen, quae ad excusandam, saltem declarandam, Constantini mentem proferri possint. Primo enim vix aliud concepisse animo videtur, quam vim consilii virtutisque divinae, qua se crederet ad debellandos hostes suos, eosdemque adversarios Dei, impelli, quam cum existimaret specie aliqua per quietem visa sibi declaratam et promissam esse, inde specie illa proposita volebat et memoriam servare beneficii divini, et ad res gerendas amplius incitari. Pari fere exemplo Sophiae et Irenae templum *dedicavit* Constantinopoli **); neque tamen ea re numen aliquod singulare inducere, sed vim et sapientiam divinam celebrare voluit. Victoriam ipsam, licet a Romanis pro Dea cultam, Christiani Imperatores in numis assidue excudendam curarunt, muneris divini signum, non Deae esse volentes. Itaque et Daphnes imagine oraculi divini de victoriis suis dati memoriam commode se putavit et sine vitio recolere. Praeterea ex saeculi Constantiniani memoria repetendum

*) Valer. Max. *lib. I. cap. 2.* Front. *l. c.* Polyaenus *lib. VIII. cap.* 22.

**) Socrates *Hist. Eccles. lib. II. cap.* 16.

est, non ita Sibyllarum nomen Christianis invisum fuisse, ut pari eas loco, ac gentilium deastros caeterasque superstitiones haberent, sed veri Dei spiritu actas, Christique et Christianae religionis inter gentiles nuncias existimatas esse, atque adeo in numero vatum divinorum habitas. Neque ea rè longa approbatione eget, siquidem pleni sunt veterum ecclesiae doctorum libri disputationibus, quibus oracula Sibyllarum pro commendanda Christi disciplina laudant. Ipse autem Constantinus quid de Daphne Sibylla statuerit, licet ex eius verbis intelligere, quae recitatis illius versibus Christi Servatoris nomen praeferentibus subiungit, in oratione ad coetum sanctorum *); Καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ δηλαδὴ θεόθεν ἐπέστη προκηρύξαι. μακαρίαν δ' αὐτὴν ἔγωγε κρίνω, ἣν ὁ Σωτὴρ ἐξελέξατο προφῆτιν τῆς ἑαυτοῦ περὶ ἡμῶν προμηθείας. *Credibile est*, inquit, *divino afflatu haec a virgine praedicta esse. Ego vero illam propterea beatam iudico, quod Deus vatem illam ac nuntiam suae erga nos providentiae delegit.* Qui Sibyllam beatam, ut alios Dei legatos, iudicat, et pro instrumento divinae erga se providentiae habet, quamvis in hoc erret, nae ille honorem Sibyllae habens ipsam non gentili more, ut Deam, sed ut vatem divinam colit, et imagine eius pro symbolo instinctus divini et auxilii sibi a Deo concessi utitur. Si tamen alia gentilismum redolentia opinioni suae admiscuit, et Daphnes apparitione iactata pro auspicio rerum bellicarum et stabiliendi amplificandique imperii sui usus est, in hoc certe Imperatoris magis

*) Cap. 18.

callidi, quam vera Christi doctrina imbuti, rationes secutus est. Multa vero, quae Constantinus perperam sensit vel fecit, ipsis Christianorum doctorum placitis et persuasionibus deberi, vel leviter acta Constantini inquirenti facile apparet, qui cum suopte ingenio vatum et hariolorum praedictionibus indulgeret, tum Sibyllae studio praecipue duci, Christianis etiam approbantibus, poterat. Sed, ut pronuntiem tandem, quae mihi praecipua Daphnes Constantinianae ratio videatur, referendam eam puto ad arcana imperii, et instituta gentilismi religioni Christianae attemperandi, quibus Constantinus multum usus est, ut imperium religione et hanc vicissim imperio stabiliret, et Christianis gratum faceret, dum non offenderet gentiles. Atque haec de Daphne Constantiniana sufficiant.

De
Charistiis Romanorum
et succedente iis in ecclesia
die cathedrae vel epularum S. Petri.

Meletema
Io. Christiani Wernsdorfii,
Quondam Consiliarii Aul. et Eloqu. ac Poes.
P. P. O. in Acad. Helmstad.

De
Charistiis Romanorum
et succedente iis in ecclesia die cathedrae vel epularum S. Petri.

Meletema
Io. Christiani Wernsdorfii,
Quondam Consiliarii Aul. et Eloqu. ac Poes.
P. P. O. in Acad. Helmst.

§. I.

CHARISTIA vocabatur dies sollemnis et anniversarius apud Romanos, quo cognati et propinqui ad convivium celebrandum conveniebant, vel dona sibi ultro citroque mittebant, ut concordiam et caritatem mutuam confirmarent. Nomen diei cum descriptione dederunt OVIDIUS *) et VALERIUS MAX. **) quorum ille:

*) *Fastor. lib. II. v. 617 sqq.*

**) *Lib. II. cap. 1. exempl. 8.*

cari,

propinqua dapes.

maiores instituerunt, id-

praeter cognatos et affines

qua inter necessarias personas

sacra mensae, et inter hilarita-

ibus concordiae adhibitis, tollere-

minis. hoc loco satis indicatur. Ne-

esse potest, quod MATTH. MARTINIUS

aristia a graeco χάρις *gratia*, et χαρίζομαι *largior, condono*, esse dicta. Propterea

en istud accipiebant, quod gratiae inter pro-

conciliandae et conservandae caussa insti-

tur. Quae ratio nominis quoniam aperta et

festa est, perperam in quibusdam editis exem-

ribus OVIDII scribitur Caristia **). Alterum no-

en, quo ista sollemnitas fere frequentius insignitur,

est CARA COGNATIO. Extat Kalendarium rusticum duplex, quo opera ruris et sacra quovis mense agenda indicantur: alterum, quod in aedibus Episcopi Bernardini della Valle olim conspectum, apud BOISSARDUM ****) exhibetur: alterum, quod in palatio Far-

---

*) Locum hunc VALERII ad verbum repetiit IOANNES SARESBERIENSIS *de Nugis Cur. lib. VIII. cap. 8. pag. 486.*

**) *Lex. Philol. voce Charistia.*

***) Sic et PAPIAS ex glossis antiquis Mss.: *Caristia, dies festus inter cognatos.*

****) *Tom. III. pag. 140.*

it, proposuit GRUTERUS *), et cum anno-
ii. Vrsini repetiit GESNERUS **). Vtro-
ies mensis Februarii legitur CARA.
allet rescribere NEAPOLIS ***) CARI.
h. e. *Caristia cognatorum*. Sed Caristia
ratione perperam scribi, iam observavimus,
illa correctione vel interpretatione opus est.
Nam Charistia etiam vocantur Cara cognatio. Manifeste hoc nomen prodit MARTIALIS ****), qui de eodem sollemni cognatorum loquens:

Cara daret sollemne tibi Cognatio munus.

Eodem nomine TERTULLIANUS †) inter dies festos Romanorum refert, quibus invicem sibi strenas et munera mittere solebant. Occurrit etiam in marmore antiquo, quo statuta collegii Aesculapii et Hygeae describuntur, apud IAC. SPONIVM ††). Et Glossae Stephani: *Cara cognatio, τιμὴ συγγενείας*. Nec obscure OVIDIUS versu supra allegato utrumque nomen expressit: *Proxima* COGNATI *dixere Charistia* CARI.

§. II.

Cara cognatio scilicet dies dicebatur, quem cognati habebant sacrum. Vt enim Liberalia ad libe-

*) *Corp. Inscript. p. CXXXVIII.*

**) *Ad calcem Tomi I. scriptorum rei rusticae.*

***) *Notis ad Ovid. l. c.*

****) *Lib. IX. epigr. 55.*

†) *De idolol. cap. 10.*

††) *In Miscell. erud. antiq. p. 52.*

ros, Matralia ad matres, sic Charistia ad cognatos et consanguineos pertinebant. Hinc MARTIALIS eadem vocat *lucem propinquorum**). *Cari* proprium epitheton cognatorum est, et cari saepe antiquis pomuntur pro cognatis. Sic inscriptio epigrammatis MARTIALIS **), quod de Charistiis agit, in quibusdam exemplaribus habet: *Ali' carum cognatum*. Ita saepius locutus est AUSONIUS in Parentalibus, ut in praefatione prosa eorum: *Carorum meorum obitus tristi affectione commemoro*, et mox initio praefationis versibus scriptae:

Nomina Carorum iam condita funere iusto.

Intelligit autem propinquos et cognatos defunctos, quorum memoriam in Parentalibus colit. Sic etiam PERSIUS *patriae carisque propinquis* dixit ***). Christiani veteres fere similiter usurpabant. Ut enim fratres se sororesque invicem, sic caros etiam caritatesque suas frequenter nominabant. De ipso hoc die a Christianis celebrato loquens auctor sermonis in Cathedra S. Petri ****): *Ostendam eis, qua ratione animas defunctorum suorum iuvare utilius possint. Orent quotidie pro* CARIS *suis, precentur eis errorum veniam*, cet. Maxime autem *caros Dei* et *amicos* vocabant Martyres, ut quibusdam Patrum locis ostendit ALBASPINAEUS †).

---

*) *Lib.* IX. *epigr.* 56.

**) *l. c. epigr.* 55.

***) *Sat.* III. *v.* 17.

****) *In appendice sermonum* AUGUSTINI, *serm.* 191. *Tom. V. Oper.*

†) *Notis ad Tertull. libr. de poenit. c.* 9.

§. III.

Charistia mense Februario celebrata esse, omnia veterum Kalendaria consentiunt. Sed in die mensis definiendo difficultas suboritur, quae, conciliatis prius veterum monimentorum indiciis, tollenda videtur. Kalendarium Farnesianum festa mensis Februarii sic ordinat:

PARENTALIA
LVPERCALIA
CARA COGNATIO.

Sed alterum Vallense rectius Parentalia Lupercalibus subiicit. Nam ex Fastis Ovidii et vetustis quibusque Kalendariis constat, Lupercalia a. d. XV Kal. Mart. acta esse, postea Feralia ad d. IX. Kal. Mart continuata, his autem proxima esse Charistia. Kalendarium Constantii, cuius tria exemplaria Hervartianum, Bucherianum et Lambecianum, exhibuit Henr. Leonh. Schurzfleischius *), mense Februario hos ponit dies:

IX Kal. Mart. Feralia.
VIII. Caristia.
VII. Terminalia.

Sed qui e Fastis Ovidii diem Charistiorum constituere voluerunt, diversum a Kalendario isto repererunt. Ovidius enim de Feralibus agens, haec inter alia subiicit **):

Nec tamen haec ultra, quum tot de mense supersunt
Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.

---

*) *In comment. de anno Romanorum Iuliano. Vitemb.* 1704.

**) *Fast. lib.* II. *v.* 569.

Hunc versum ita acceperunt plerique interpretes Ovidii, quasi dicat, Feralia durare ad eum diem, quo undecim dies supersint de mense, quot pedes habet carmen Elegiacum. Hinc Rosinus *) Feralia die XIII Kal. Mart. collocat, Neapolis **) d. XII. Proinde Charistia, quae Ovidius diserte ait proxima esse ultimo diei Feralium, in diem saltem XI Kal. Mart. coniicienda videantur. Sed maior Kalendariorum veterum auctoritas, tum vetustissimi illius marmorei, tum adducti supra Lambeciani, quae in die IX Kal. Mart. Feralibus constituendo omnia consentiunt. Et facilem conciliandi cum Kalendariis Ovidii rationem ostendit Taubnerus ***). Decet in allegato Ovidii versu non undecim dies reliquos post Feralia, sed sex perhiberi; tot enim aeque pedes tribui posse Nasonis carmini. Itaque hunc sensum constituit versus Ovidii: *Nec tamen haec* (Feralia) *ultra* durant, *quum* i. e. eo die, quo *tot de mense supersunt Luciferi*, cet. nempe VIII Kal. Mart. Feralia non ulterius continuantur, sed adsunt Charistia. In qua interpretatione nihil habeo, quod reprehendam. Dies igitur VIII Kal. Mart. auctoritate Kalendariorum veterum ipsiusque Ovidii Charistiis est assignandus.

§. IV.

Itaque succedunt Charistia, ut in Kalendario rustico legitur, Parentalibus, sive, ut in caeteris extat,

---

*) *Antiq. Rom. lib.* IV. *c.* 6. *p.* 355.

**) *Ad Ovid. Fast.* II, 568.

***) *In fastis Romanis ex Ovidio breviter descriptis, ad fastos Ovid. p.* 338 *seq.*

Feralibus. Eadem scilicet haec sunt *), quibus Romani maiorum suorum Manes placare, et ad eorum sepulcra epulas deferre solebant. Nam Ovidius, quos ante *parentales dies* dixerat **), mox appellat Feralia ***). Et quod Livius tradit ****), Numam primum caerimonias placandorum Manium instituisse, id Ausonius †) de Parentalibus intelligit: *Antiquae*, inquit, *appellationis hic dies* (Parentalia), *et iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus*. Solebant in Feralibus eae caerimoniae quotannis et stato tempore ad sepulcra maiorum peragi, quae alias in singulorum funeribus vel exsequiis fiebant. Epulae praecipue, quibus mortuo iusta fiebant, duplices erant. Vnae mortuorum, quae vel comburebantur rogo, vel apponebantur Manibus in sepulcro: alterae erant vivorum et propinquorum, qui exsequias iverant mortuo. Propterea in antiquis lapidibus saepe legimus monumentis mortuorum coenacula adiuncta, ubi coenam istam feralem ad memoriam defuncti inirent propinqui, legatas quoque a defunctis hac conditione pecunias, ut ex usuris ad sepulcra ipsorum

*) Conf. Guthrius *de Iure Man. lib.* II. *cap.* 18.

**) *Fast.* II. 548.

***) *l. c. v.* 569.

****) *lib.* I. *c.* 20.

†) *Praef. Parent.*

rosae et escae pararentur *). Ad hunc ordinem epularum anniversaria Feralia et Charistia instituta videntur. Feralia scilicet memoriae mortuorum dicata parentum et propinquorum Manes epulis appositis placabant: Charistia pertinebant ad vivos et superstites, qui post memoriam defunctorum renovatam nunc recognoscere numerum cognatorum superstitum, et convictu hilaritateque epularum instaurare caritatem et concordiam inter se volebant. Aperte hanc rationem Parentalium et Charistiorum tradit Ovidius **):

Scilicet a tumulis, et, qui periere, propinquis
Protinus ad vivos ora referre iuvat.
Postque tot amissos, quicquid de sanguine restat,
Adspicere, et generis dinumerare gradus.

Pari ratione utitur Ausonius de Parentalibus ***): *Nec quicquam sanctius habet reverentia superstitum, quam ut amissos venerabiliter recordetur.*

§. V.

Quoniam igitur morem illum funerum et exsequiarum, quo post epulas mortuis datas sequebantur coenae denicales, a propinquis et amicis defuncti celebratae, anniversaria Parentalium et Charistiorum

---

*) Vid. Kirchmannus *de funer. Rom. lib.* IV. *cap.* 5. Stuckius *Antiq. conviv. lib.* I. *cap.* 26. Gutmerius *de Iure Man. lib.* II. *cap.* 10.

**) *l. c. v.* 619.

***) *In fine praef ad Parent.*

sollemnitas imitabatur, hinc convivia a superstitibus acta propie videntur ad Charistia, non ad Feralia, pertinuisse. Nempe in Feralibus tantum coenae defunctorum tumulis impositae, ut honor annuus eorum Manibus haberetur: in Charistiis convivium singulare inter superstites, unius gentis socios, celebratum. Charistia erant annua funebrium epularum celebratio, Parentalia inferiarum. Si Ovidium de his copiose agentem, consulimus, non videtur die Parentalium, praeter inferias mortuis datas, alia res acta, aut convivium celebratum. Ille enim de Charistiis l. c.:

— — A tumulis, et, qui periere, propinquis
Protinus ad vivos ora referre iuvat.

Quodsi convivium antecedente Feralium die actum esset, eodem die, qui parentassent mortuis, ad vivos se retulissent, quoniam ab epulis feralibus cognati et propinqui superstites abesse non poterant. Neque Ovidius ullam convivii in Parentalibus celebrati mentionem inlicit, sed tantum in Charistiis. Quod igitur in monumentis antiquis subinde legimus, a defunctis pecuniam testamento legatam ad impensas epuli funebris quotannis repetendi, id videtur ita intelligendum, ut sumtus, alias a cognatis conferendi ad epulum anniversarium in Charistiis celebrandum, dicantur legata pecunia levati. Sunt quidem monimenta quibus hoc convivium fieri iubetur tempore Parentalium, ut in hoc Gruteriano *):

*) *Pag.* DCCLIII, 4.

OLEVM. ET. PROPINATION. EX. R. DCCC. PRAEBEANT. ITEM. LECTISTERNIVM. TEMPORE. PARENTALIOR. EX. K. CC. MEMORIIS EIVSDEM. VALERIANAE. ET. APPI. VALERIANI. FIL. EIVS. PER. OFFIC. TESSERARIOR. QVODANNIS. PONATVR. ET. PARENTETVR. cet.

Vbi *lectisternium* ponitur pro epulo, quod stratis quandoque lectis fiebat, ut observat GOTHERVS *). Sed videntur omnino *tempore Parentalium* ipsa Charistia significari. Haec enim quod pars erant et quasi appendix Parentalium, ritumque cum Parentalibus plane coniunctum, nec sine iis celebrandum, continebant, ipsa etiam Parentalium nomine, tanquam celebratiore et usitatiore, solebant comprehendi. Quin sequiore aetate exolevit adeo Charistiorum nomen, atque ea confusa sunt cum Parentalibus, ut, quod deinceps exemplis docebimus, ipse dies, Charistiis olim attributus, Parentalia diceretur.

§. VI.

Ipsum convivium Charistiorum videtur ex eo genere fuisse, quod ἔρανος vel *collecta* dicebatur, hoc est, ubi quisque conviva symbolam vel cibos suos in commune deferebat in sporta, ut simul epularentur. HESYCHIUS ἔρανον describit τὸ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον,

*) *De Jure Man.* II, c. 10, *p.* 241. Hoc sensu usurpavit SIDONIUS APOLL. *Epist.* IV, 15: *Epulum multiplex et capacissima lectisternia para.* Conf. ALSTORPHIUS *de lectis*, *cap.* 20.

καὶ τὸ εἰς συμβολὰς δεῖπνον. Ratio haec symbolas conferendi in iis maxime conviviis observabatur, quae *Quaterina* vel *Φιλίτια* dicit ATHENAEUS *), ad amicitias augendas instituta. Nam inde et nomen accepisse ἔρανος putamus, ἀπὸ τοῦ συναρᾶν καὶ συμφέρειν ἕκαστον, quod eranistae inter se ament, et quisque conferat. Quamquam et συναρᾶν interpretari solent *conferre* **). Mos iste convivii collativi apud Graecos maxime usitatus, et quae istius exempla apud Comicos Latinos leguntur, tanquam in palliata, ex Graeco more sunt sumta. Romanis tamen nominatim fuisse, ex verbis CICERONIS colligas ***): *Quoniam collectam a conviva exigis, non committam, at, si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi.* De Charisiis id OVIDIVS haud obscure significare videtur:

Et venit ad socias turba propinqua dapes.

Etenim socias dapes dixisse videtur collatas, coniunctas, consociatas, in quibus comparandis socia cuiusque convivae opera et impensa est. Explicatius vero haec tradit Auctor Chronici Paschalis ****), qui postquam generatim memoraverat, apud veteres Romanos pro opprobrio habitum fuisse, quemquam alienis cibis enutriri, idque et Romulo cum Remo obiectum esse, quod a Faustulo eiusque uxore Lupa educati essent, hinc pergit: Ὅθεν καὶ ἐν τοῖς

*) Lib. XI. cap. 7.

**) Vid. IUL. CAES. BULENGERUS *de conviviis*, lib. I. c. 2.

***) *De orat.* II, 87.

****) *Tomo* IV. *Corporis Byz. p.* 92. *edit. Venet.*

συμποσίοις τοῖς λεγομένοις Φιλικοῖς, ἕκαστος τῶν συνερχομένων εἰς τὸ συμπόσιον τὸ ἴδιον βρῶμα καὶ πόμα μεθ' ἑαυτοῦ κομίζει, καὶ εἰς τὸ κοινὸν τὰ πάντα παρατίθεται, καὶ ἐσθίουσι κρατοῦντες τὸ ἀρχαῖον ἔθος. CAROLUS DU FRESNE *) his verbis Charistia vel Caram Cognationem intelligi existimat haud vana ratione **). Quippe haud aliud convivium celebrius, quod συμποσίου Φιλικοῦ nomen mereatur, firmandae amicitiae caussa institutum apud Romanos legitur. Simul vetustum eum morem Romanorum fuisse probat auctor ille, antiquiorum haud dubie auctoritatem secutus, eaque re cum VALERIO MAX. concinit, qui *convivium sollemne a maioribus institutum* dicit. Posteriore aetate rarius celebrata videntur convivia in Charistiis, et tantum mutua in iis munera missitata.

§. VII.

Qui celebrabant Charistia, soli erant cognati. *Nemo*, ut VALER. MAXIMUS ait, *praeter cognatos et affines ei convivio interponebatur*, nemo extraneus vel alienus. Sed nec ex cognatis admittebantur, qui dubia fide vel iniquo animo in suos essent. Neque enim his locus in convivio esse poterat, quod concordiae et caritatis firmandae caussa haberetur. Di-

*) *In notis ad h. l. et in Gloss. med. latin. v. Festum epularum S. Petri.*

**) Nisi forte auctor epulas respexit, quas Romulus diebus festis a singulis Curiis una celebrari iussit, et quasi Φιλίτια ex Lacedaemoniorum disciplina instituit, teste DIONYSIO HALIC. *lib.* II. *cap.* 23.

perte Ovidius ab hac mensa arcet, qui perfide et acerbe erga suos se gesserint, exempla sceleratorum vetustatis enumerans. Atreum et Thyesten, Medeam et Ino, Philomelam, Prognen, Tereum, et omnes, qui bona sua sceleri debeant:

Innocui ventant: procul hinc, procul impius esto
Frater, et in partus mater acerba suos:
Cui pater est vivax, qui matris digerit annos,
Quae premit invisam mater acerba nurum. cet.

Sed caussas, quas veteres memorant, cur in Charistiis convenerint cognati, proximum est ut consideremus. Harum duas reperimus praecipuas. Prima erat, quam Ovidius indicat, ut propinquos suos recenserent et, quot de genere et cognatione gradus supereassent, dinumerarent. Haec recensio generis ita facta videtur, ut ante nominarent defunctos cum bona eorum recordatione et laude. Fere enim hoc indicat Ovidius:

Postque tot amissos quicquid de sanguine restat
Adspicere, et generis dinumerare gradus.

In exsequiis defunctorum hoc unum erat e praecipuis honoris genus, ut tumulati nomen inclamarent, ultimumque vale dicerent. Hoc repetebant in anniversariis Parentalibus ad singulorum tumulos, eosque ad epulas appositas quasi vocatos invitabant. Hoc dicebant *iusta facere*, hoc *parentare*, unde Parentalibus nomen-

Disertè hunc ritum exponit EPIPHANIUS *): "Ἕλληνες ἐπιφέροντες εἰς τὰ μνήματα βρώματά τε καὶ πόματα, ἐν ταῖς πανδήμοις καλουμέναις ἡμέραις, ὀλοπανυχοῦσι μὲν τὰ ἐδέσματα, σπένδουσι δὲ τοῖς οἴνοις. — — ἔνθα γὰρ ἐτέθη τὰ σώματα τῶν τελευτησάντων, παραγίνονται καὶ προσφωνοῦσι τοῖς τεθαμμένοις νεκροῖς ἐξ ὀνόματος· ἀνάστα, φάσκοντες, ὁ δεῖνα, φάγε, καὶ πῖθι, καὶ εὐφράνθητι. AUSONIUS etiam **) hunc ritum Parentalium tangit;

Gaudent compositi cineres sua nomina dici.

et alio loco ***);

— — — *Nomina tantum*
Voce ciere, suis sufficiet tumulis.

In Charistiis quum coena cognatorum, ad Parentalia et honorem totius generis pertinens, ageretur, sane praecipuum erat, ut prius, quam superstites vocarent, carorum omnium vita functorum nomina cum honore cierent, et suis eos quasi interesse epulis iuberent. Sed ut honore mensae arcebantur, si qui essent inter superstites cognatos scelerati, ita et honore bonae recordationis inter mortuos carebant, qui turpiter vitam finiissent. Probavit hunc ritum SCALIGER ****) ex loco ARTEMIDORI lib. I.: "Ἄτιμός τε καὶ φυγὰς γενόμενος ἀναρτήσας ἑαυτὸν ἐτελεύτησε τὸν βίον, ὡς μηδὲ ἀποθανὼν ἔχειν ὄνομα, τούτους γὰρ μόνους ἐν νεκρῶν δείπνοις οὐ καλοῦσιν οἱ προσήκοντες.

*) *In Ancorato cap. 87.*

**) *In praef. Promt.*

***) *Ad finem libri de Prof.*

****) *Ad Pomp. Fest. v. Carnificis.*

§. VIII.

Altera ratio conventus propinquorum, in Charistiis erat, indicante VALERIO MAX. ut concordia familiae; si qua inter necessarios querela orta esset tentata reconciliatione instauraretur, omnis simultas, omne dissidium tolleretur. Id pariter indicat NASO:

DIs generis date tura bonis. Concordia fertur
Illo praecipue mitis adesse die.

Fieri hanc conciliationem volebant 1) placatis Diis domesticis et familiaribus. *DIs generis date tura bonis.* Per Deos generis intelligimus familiarum praesides et custodes, quibus auspicibus genus fit et conservatur, θεοὺς γενεθλίους, Genios, Iunones, Lares, quibus Pacem vel Concordiam adiungunt *). Quos non solum *bonos*, *mites* peculiariter dicere solent, quasi gratiae et concordiae auctores, sed et iis tutelam et salutem familiarum tribuere. Vetus lapis: LARIBVS PRO SALVTE ET INCOLVMITATE DOMVS Q. SERTORII. 2) VAL. MAXIMUS adiungit *sacra mensae*. Nam haec praecipue conciliare amicitias credebantur, quod mensae omnes sacrae erant Θεοῖς φιλίοις καὶ ξενίοις, Diis amicitiae conciliatoribus et hospitalibus **). Quorum etiam simulacra inferre et imponere mensis solebant ***), ut eorum conspectu sanctior habe-

*) Vid. SENECA Trag. *Medea*, v. 63.

**) SYNESIUS *Epist.* 57: Τράπεζα μὲν ἱερόν τι χρῆμα, δι' ἧς ὁ Θεὸς τιμᾶται φίλιός τε καὶ ξένιος.

***) ARNOBIUS *Lib.* II: *Sacras factis mensas salinorum appositis et simulacris Deorum.* Talis est Hercules ἐπιτραπέζιος, *sanctae Genius tutelaque mensae*, apud STATIUM, *Silv.* IV, 6, 32.

retur ciborum communitas. Omnia praeterea, quae mensis apponuntur, sacra putabantur, quod ante, quam his vescerentur, primitias patellae impositas ad focum Larium mittebant. Sic Ovidius pergit de Charistiis:

Et libate dapes: ut grati pignus honoris
Nutriat incinctos missa patella Lares.

Inde *cultrix foci patella* dicitur Satyrico *), quia, ut eius Scholiastes ait, *delibatae dapes in ea positae ad focum feruntur.* Itaque sancte servanda videbatur amicitia communione coenae contracta, cuius inspectores Dii et participes essent. Accedebat 3) iudice Val. Maximo *hilaritas animorum*, quae convivio et mutuis invitationibus excitata praecipue valet ad conciliandos animos, quando et crebras libationes facere et bene precari invicem solebant. Aperte eum ritum significat Livius **), idemque in Charistiis fieri praecipit Naso:

Iamque ubi suadebit placidos nox ultima somnos,
Parca precaturae sumite vina manus,
Et bene nos, bene te, patriae pater optime, Caesar,
Dicite suffuso per sacra verba mero.

Libationes illae, quibus paullum vini defundebant in mensam cum bonis precationibus, fiebant in fine convivii paullo ante, quam dormitum abirent, habebantque eam vim, ut blande comiterque in fine sermonibus

*) Persius *Sat.* III. 26.

**) *Lib.* XXXIX. *c.* 43.: *Inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset.*

habitis sibi invicem plane conciliati placatique discederent. Apud Graecos singularis notio post coenam instituta erat pro conservanda amicitia, quae inde et nomen accipiebat Φιλοτησίας. Hesychius: *Φιλοτησία, πρόποσίς τις μετὰ τὸ δεῖπνον ὑπὲρ φιλίας.* Proinde hic mos in Charistiis praecipue observatus in convivio, quod concordiae confirmandae caussa institutum esset, et quod ad seram noctem celebratum ex hoc loco Ovidii constat. Denique 4) in Charistiis *fautores concordiae*, quos Valerius Max. dicit, adhibebantur e propinquis, qui dissidia inter necessarios orta optime benevolentia et auctoritate componerent. Id recte dicit Valerius a maioribus institutum esse. Nam ex aliis exemplis patet, moris antiqui Romani fuisse, ut, si quid peccatum aut dedecus admissum in familia esset, de eo non in foro et iudicio strepitus fieret, sed pater familias, adhibitis in consilium cognatis, affinibus et interioribus amicis, ipse statueret. Ipse Val. Maximus *), exemplum Cassii refert, qui filium Sp. Cassium Viscellinum, quod agrariam legem primus tulerat, postquam potestatem Tribuni plebis deposuit, adhibito propinquorum et amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnavit, verberibusque affectum necari iussit, ac peculium eius Cereri consecravit. Item Tacitus memorat **): *Pomponia Graecina insignis femina, Plautio, qui quum se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis rea, mariti iudicio permissa, isque prisco instituto,*

*) *Lib.* V, *cap.* 8, 2.

**) *Annal. lib.* XIII.

propinquis coram de capite famaque coniugis cognovit, et insontem pronuntiavit.

§. IX.

Quum dies Charistiorum celebris esset convivio inter propinquos et affines instituendo, hinc aliis etiam sodalitatibus lectum illum diem esse legimus, in quo conventus et convivia agitarent. Documento est marmor antiquum a Sponio publicatum *, statuta collegii Aesculapii et Hygiae continens. In quo Salvia Marcellina donat collegio Aesculapii et Hygiae locum aediculae cum pergula et solario tecto, in quo populus istius collegii epuletur, item HS L. M. N, sestertiorum quinquaginta millia numum, ut ex usuris eius summae certis aliquot anni diebus sportulae hominibus eius collegii dentur. In iis diebus etiam VIII Kal. Mart. dies KARAE COGNATIONIS nominatur, quo coena dicto in loco aediculae, vel sportulae, praesentibus dentur. Atque hic lapis positus est decreto Collegii, quod gestum est V Id. Mart. C. Bruttio Praesente, A. Iunio Rufino Coss. quorum consulatus in annum aerae Christianae CLIV incidit.

§. X.

Neque vero Charistiorum dies iusto solum convivio celebratus est, sed etiam munusculis mutuo mittendis. Et convivii quidem ritus inter propinquos

*) *Miscell. erud. ant. sect.* II, *artic.* XI, *p.* [illegible]

celebrandi antiquior esse videtur, quem ita posteriores commodum duxerunt deserere, ut eius loco invicem munera missitarent. Sane VAL. MAXIMUS de convivio Charistiorum tanquam de more a maioribus instituto et antiquitus celebrato loquitur, nec OVIDIUS aliter, sed alii, qui eius diei meminerunt, scriptores, praesertim MARSIALIS, tantum munera eo die mitti solita memorant. Fortasse convivium Carae Cognationis hanc mutationem subiit ex edicto Neronis, qui, teste SUETONIO *), *publicas coenas ad sportulas redegit* **). Quamquam has rursus sustulit Domitianus, eodem auctore ***), et coenarum rectarum consuetudinem revocavit TERTULLIANUS, ****). Caram Cognationem inter dies sollemnes refert, quibus munuscula, honoraria, strenae, sportulae, apophoreta, amicis, necessariis, clientibus distribui solebant. *Etiam strenae*, inquit, *captandae, et septimontium, et brumae, et carae cognationis honoraria exigenda omnia.* Strenae vocabantur munera Kalendis Ianuariis missa ad annum bene auspicandum. Nomen et originem cepisse a rege Tatio Sabino dicuntur, qui verbenas

*) *Ner. cap.* 16.

**) Publicas coenas SUETONIUS alio loco, *Tib. c.* 34, *sollemnes* vocat, quae scilicet recepto civitatis more quotannis stato tempore et communi laetitia celebrari solebant. E quo genere cum Saturnalia erant, Hilaria, Septimontium, alia, tum etiam Charistia, quae VAL. MAXIMUS diserte *convivium sollemne* vocat.

***) *In Domit. cap.* 7.

****) *De idolol cap.* 10.

foliis arboris, olim e luco Strenise Deae decerptis, primum accepisse legitur, meriti pretii argumento, quod strenuorum virorem virtuti dabatur *). Strenae recipiendae reddendaeque morem ipsi Imperatores Romani, tanquam principatus honorarium, diversimode tamen, observarunt, ut Suetonius de Augusto, Tiberio, Caligula annotavit **). *Septimontium* et *brumae*, nomina sollemnium dierum, a Tertulliano pro ipsa re, istis diebus donari colita, ponuntur, ut sigillaria dicantur Romanis pro muneribus in Sigillaribus datis. Septimontium dies III Id. Dec. nominatus est a septem montibus, quibus Roma imposita est, sive ob septimum collem pomoerio urbis inclusum ***), et in fastis dicitur Agonalia. Eum diem coena sollemni, et largissimis sportulis et xeniis celebratum, testatur factum Domitiani, de quo Suetonius ****): *Septimontiali sacro, Senatui equitique panariis, plebi sportellis cum opsonio distributis, initium vescendi primus fecit: diqua proximo omne genus missilia sparsit.* *Brumae* a Tertulliano forsitan dicuntur Saturnalium dies, qui mense Decembri ad brumam usque ioculari laetitia et continuis comissationibus agebantur. Vnde a Martiali etiam vocan-

*) Vid. Symmachus *lib.* I. *epist.* 4. Raderus *comment. ad Martial. lib.* XIII. *p.* 843.

**) *Aug. cap.* 57. *Tib. c.* 34. *Calig. c.* 42.

***) Festus *in Septimontium.* Varro *de L. L. lib.* V.

****) *Domit. cap.* 4.

tur *ebria bruma* *). Atque in his praecipue xenia vel munuscula inter amicos divisa, notum est, et praeter alia multa Caesaris Augusti consuetudo a SUETONIO **) memorata, tum totus MARTIALIS liber xeniorum probat. Sed rectius fortasse TERTULLIANUS existimatur per *brumas* respicere ad *Brumalia*, festum Romanorum mense Decembri celebratum, quod ἑορτὴ τῶν βρούμων in *Geoponicis* I, 1 et 5 nominatur. Instituta dicuntur Brumalia a Romulo, qui hieme, ubi omnes a bellis vacarent, consultum duxit, Senatores et honoratiores aliquot ex ordine singulis diebus convivio excipere, iisque, ut idem cum aliis civibus ipsi facerent, commendavit. Haec CHRONICON ALEX. ***) et SUIDAS ****) tradunt, quorum testimonio acquiescere possumus, dum alia antiquiora deficiunt. Nam qui Brumalia Romanorum non pertinere ad brumam, sed esse Bacchi festum, qui Brumus vocatus sit, existimant, ratione satis idonea destituuntur. Quamquam ipsi Graeci, qui haec memorant, nomen sollemnitatis huius videntur ἀπὸ τῶν βρωμάτων, a cibo capiendo et celebrandis conviviis, duxisse. Exolevisse Brumalium nomen apud Romanos videtur, et Brumalia ipsa, quod in Saturnalia inciderent, cum iis commixta, unde rarior eorum apud veteres mentio. Excitant quodammodo eorum memoriam Tertulliani verba, Romanae antiquitatis peritissimi, nondum eam in rem, quod sciam, excitata, nec satis intellecta.

---

*) *Lib.* XIII, *ep.* 1, 4.

**) *Aug. cap.* 75.

***) *Tom.* IV. *Corp. Byz. p.* 91.

****) *Voce* βρουμάλια.

§. XI.

Carae Cognationis honoraria quando addit Tertullianus, palam est, intelligi ab eo diem Charistiorum, de quo agimus, quamquam nec hoc ab eius interpretibus adhuc observatum est, honoraria autem esse dona quae in Charistiis inter propinquos et affines ultro citroque mitti solebant. Appellat *honoraria*, quod, quibus ea munera dabantur, iis honor cognationis habebatur, unde et glossa vetus τιμὴν συγγενείας appellat Caram Cognationem. Amplius hoc intelligitur e duobus MARTIALIS epigrammatis *), quibus excusat se, quod Carae Cognationis die solita munera amico dare nequeat, simul et illud declarat, usitatissima hoc die munuscula fuisse aves, in primis turdos. Nam in primo dicit, quoniam suus ager sibi turdum non praebeat, aucupio et arundine capiendum, mittenda sibi die Carae Cognationis esse *parvae minuscula cortis*, h. e. aves domesticas, quae in corte villatica pascuntur, gallinas, anseres, columbas. His muneribus si contentus fuerit, se saepius dicit ei honorem, quasi propinquo, habiturum. Id altero similiter:

Luce propinquorum qua plurima nititur ales,
Dum Stellae turdos, dum tibi, Flacce, paro;
Succurrit nobis ingens onerosaque turba,
In qua se primum quisque meumque putat. cet.

Aves frequentissima iucundissimaque erant munuscula apud Romanos, ita ut et privatim inter xenia mitti,

*) *Lib.* IX, *ep.* 55 *et* 56.

et publicis in ludis spargi inter missilia solerent *). Praecipue vero turdus in pretio et commendatione fuit, et deliciis Romanae gulae gratissimis annumeratus **), adeo quidem, ut, dono missus, putaretur ad gratiam divitum captandam in primis aptus. Quod Horatius indicat ***):

— — — — — *Turdus*
Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc,
Res ubi magna nitet, domino sene.

Quocirca nemo mirabitur, in xeniis Carae Cognationis ad honorem propinquis habendum praecipuum turdis locum fuisse.

§. XII.

Quamquam e residuis vetustatis monimentis definiri nequit, an diu inter Romanos duraverit Charistiorum ritus, hoc tamen affirmare licet, assumtum eum magna ex parte a Christianis et diem olim Charistiis sacrum, nempe VIII Kal. Mart. pari religione apud eos celebratum esse. Erat dies martyrio prin-

*) Suet. *Ner.* c. 11: *Sparsa et populo missilia omnium rerum per omnes dies: singula quotidie millia avium cuiusque generis.* Mart. *lib.* XIII, *ep.* 49, 51, 61, 65. Statius *Sylv.* I, 6, 75:

Inter quae subito cadunt volatu
Immensae volucrum per astra nubes.

**) Horat. *Epist.* I, 15, 41: *Obeso nil melius turdo.* Mart. XIII, 92:

Inter aves turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes mattea prima lepus.

***) *Serm.* II, 5, 10.

cipum Apostolorum, Petri et Paulli, sacer, qui subinde a solo Petro nomen tulit, *Natalis Beati Petri*, vel *festum Cathedrae Petri* vocatus, atque adeo frequentibus celebratus conviviis, ut etiam nomen *festi epularum* acciperet. Convenientiam huius diei cum Romanorum Cara Cognatione testatur *Polemeus* sive *P. Anneius Silvius* in *laterculo* sive Kalendario ad Eucherium Episcopum Lugdunensem a. 449 scripto, cuius excerpta exhibuit Ioannes Bollandus *). Sic scilicet ille ad *VIII Kal. Mart.*: *Depositio S. Petri et Paulli. Cara Cognatio, ita dicta, quia tunc, etsi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponuntur.* Inepta quidem ac paene ridicula ratio, quae tamen hoc clare doceat, natalem Petri et Paulli Apostolorum saeculo V celebratum eo die a Christianis esse, qui apud veteres Romanos Cara Cognatio dicebatur **). Quo autem rectius intelligatur addita ratio, tenendum est, in verbis laterculi *parentes* ex usu cadentis

*) *Praefat. ad Act. Sanct. Tom. I. Ianuarii, p.* XLIII.

**) Melior fortasse ratio, cur memoriam Apostolorum in Caram Cognationem coniecerint, inde peti potest, quod, quemadmodum apud gentiles *Cari* vocabantur cognati, ita Christiani, qui omnes se caritatis, tanquam cognationis, vinculo coniunctos existimarent, caros in primis habebant martyres, eosque eminenter *Caros Dei* et *amicos* vocabant. Principum igitur martyrum h. e. Apostolorum memoriam eo die putabant celebrandam, qui Carae Cognationi antiquitus dicatus esset. Quamquam et haec vel praecipua ratio est, quod Charistiorum diem saepe cum Parentalibus commiscebant, his vero memoriae martyrum commode successisse videbantur.

latinitatis quoslibet cognatos, sanguine vel affinitate coniunctos, dici, quod ex pluribus recentioris aevi scriptoribus probandum asserit CASAUBONUS *). Atque ab hoc usu vocabuli *parentes* factum esse arbitror, ut sequiore aetate Parentalia, quibus olim inferiae dabantur mortuis, cum Charistiis cognatorum confunderentur, ita ut haec etiam inferiis mortuorum dicata putarent. Hoc in Gallia a Christianis factum die *Cathedrae Petri*, qui ipse veterum Charistiorum dies est, improbat et vetat Concilium Turonense II, anno 571 habitum, canone XVI: *Sunt, qui in festivitate Cathedrae Domini* **) *Petri Apostoli cibos mortuis offerunt, et post missas redeuntes ad domos proprias, ad gentilium revertuntur errores, et post corpus Domini sacratas daemoni escas accipiunt.* In eundem morem invehitur AUGUSTINUS sermone XV de Sanctis, in die Cathedrae B. Petri habito, quem tamen non esse Augustini, sed Galli alicuius auctoris, e recitato canone concilii Turonensis probat NATALIS ALEXANDER ***), et Lovanienses editores, qui eum sermonem in appendicem reiecerunt, quod certum haberent, non esse Augustini.

---

*) *Ad Capitol. M. Aurelium, cap. 5.*

**) Nescio an *dominus* hoc loco dicatur Petrus, quasi dominus epulatum ea die celebratarum. Ita enim vocabantur apud Romanos, qui epulum praebebant, et *dominia* conviviorum praebitiones. Vid. CICERO *Verr.* III, 4. GELLIUS II, 24.

***) *Synops. saec. V, cap. 5. p. 550.*

§. XIII.

Igitur Depositio S. Petri et Paulli vocabatur sollemnitas, quae cum Charistiis Romanorum conveniebat. Quae appellatio quin idem significet, ac qui ab aliis vocatur *Natalis S. S. Apostolorum Petri et Paulli*, vix potest dubitari. Nam Natales martyrum vocabant eos dies, quibus essent beata morte functi, vel ossa eorum condita quod idem significat *Depositio Petri et Paulli*. Natalis autem Petri et Paulli, testantibus aliis, non solum agapis vel conviviis Christianorum lautius agendis celebrari consuevit, sed et altera Charistiorum veterum consuetudo in eo observata, ut eo die Christiani xeniis vel munusculis, quae eulogiae vocabantur, invicem mittendis se honorarent. De conviviis et epulis clare AMBROSIUS *) testatur: HIERONYMUS autem in epistola ad Eustochium virginem**) refert, se natali Beati Petri missa ab ea xeniola accepisse, armillas, epistolam, columbas, et canistrum cerasis refertum. Claudit epistolam hoc monito: *Nobis sollicitius providendum est, ut sollemnem diem non tam ciborum abundantia, quam spiritus exultatione celebremus. Quia valde absurdum est, nimia saturitate velle honorare martyrem, quem scias Deo placuisse ieiuniis.* Idem insequente epistola ad Marcellam, sibi et Paul-

---

*) *Sermone* LXVII. *de natali S. S. Apostolorum Petri et Paulli*, quem ita orditur: *Natalem beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli hodie celebrantes diversis epulis nos reficere debemus, et tantam festivitatem magna cum laetitia celebrare.*

**) *Tom.* I. *Oper. p.* 59. *edit. Erasm.*

lae filiaeque Iunius missa, fortasse eodem die, munera praedicat, saccum, sellam, cereos, calices, muscaria.

§. XIV.

Neque vero certo affirmari potest, natalem Petri, ab Ambrosio, Hieronymo, aliis memoratum, esse ipsum diem VIII Kal. Mart. Nam videntur diem III Kal. Iulii intelligere, quo constat passionem Petri et Paulli antiquitus celebratam esse. Certe ubi Hieronymus natali Petri canistrum cerasorum sibi donatum refert, non videtur ille dies media hieme et mense Februario fuisse. Et sermones qui in natali Petri et Paulli a quibusdam Episcopis, ut ab Ambrosio et Maximo Taurinensi, sunt habiti, si quidem ordini, quo collocati leguntur, aliquid tribuendum est, apparet, habitos esse aestate et mense Iunio. Neque tamen dubitari potest, eadem laetitia et epularum celebritate, qua tertium Kal. Iul., actum esse octavum Kal. Mart. quippe qui posteriore aetate ob eam causam *epularum Petri* nomen accepit. Id potius disquirendum hoc loco videtur, qui factum sit, ut duo diversi dies eiusdem memoriae et celebritatis in Kalendariis et Martyrologiis haberentur. Bollandus quidem existimat*), *Depositionem Apostolorum*,

*) *Act. Sanct. Tom.* III *Februarii, ad diem* XXII *eius mensis.* Postquam enim verba laterculi Silvii recitavit, sic pergit: *Tunc igitur agebatur solenniter Romae Depositio Apostolorum, cuius ad III Kal. Iulias, quo nunc celebratur, nulla in eodem laterculo mentio. At nec alio die Cathedrae. An ad ferales illas ethnicorum epu-*

quam octavo Kal. Mart. assignat laterculus Silvii, postea reiectam ad III Kal. Iulii locum fecisse *Cathedrae Petri* illo die celebrandae. At haec ratio a diversitate temporum sumta vix valere potest, siquidem constat, per eadem tempora Depositionem Apostolor. die VIII Kal. Mart. et natalem Apostolor. tertio Kal. Iul. celebratum esse. Nam laterculus Silvii, qui illud nomen habet, eiusdem aetatis est cum Ambrosio et Hieronymo, qui alterum diem laudant. Et recentior Cathedrae Petri appellatio idem, ut mox demonstrabimus, significat, ac Depositio Apostolor. Videtur itaque in ea difficultate tollenda potior habenda ratio locorum et diversarum traditionum. In Gallia scilicet memoria Apostolorum culta est octavo Kal. Mart. idque laterculus Silvii, Eucherio Episcopo Lugdunensi dedicatus, et Concilium Turonense, in Gallia celebratum, demonstrat: Romae vero et in Italia id factum tertio Kal. Iul. Romae ea sollemnitas Paullum spectabat praecipue: aliis locis Petrum. Paullum vulgo tradebant sub Nerone a. d. III Kal. Iul. interfectum, de Petro autem quoniam incertior erat traditio, nec certus dies eius martyrio assignari poterat, eum una cum Paullo ferebant interemptum, eodemque die venerabantur. Qui Apostolorum memoriam die VIII Kal. Mart. recoluerunt, illi videntur martyrium Petri ei diei assignasse e traditione aliqua, quae ab Orientis eccle-

---

las sacratioribus permutandas primum Natalis seu Depositio Apostolorum celebrata, deinde hac in aestatem reiecta, instituta Cathedrae solennitas?

siis. ut deinceps clarius ostendemus, videtur profecta *). Quamquam igitur Depositio Petri et Pauli dicebatur, Petri tamen spectabatur maxime, idque postea clarius apparuit, quum idem dies Cathedra et festum epularum a solo Petro diceretur.

§. XV.

Consideremus nunc reliqua nomina, quae dies VIII Kal. Mart. accepit, *Cathedrae* et *epularum Petri*, atque, num iis diversae rei memoria aliudque festum sit inductum, videamus. *Cathedrae Petri* nomen dies ille accepisse videtur saeculo VI, quo prima eius mentio fit, in concilio Turonensi II. Antiquius videri poterat testimonium, quod vetus membrana, operi Aegidii Bucherii *de doctrina temporum* inserta, quae instar Kalendarii seu Martyrologii est, exhibet, in qua mense Februario haec le-

*) Aliam rationem init Io. Pearsonius *in Annal. Cypr. an. CCLVIII*, p. 63. atque inter depositionem Apostolorum et translationem distinguit. Illam octavo Kal. Mart. assignandam censet, hanc tertio Kal. Iul. Sed ea sententia non placet Paoio *in Crit. Baron. an. CCLVIII*, §. 3. qui translationes etiam Sanctorum eodem die, quo ad Deum migrassent, vel colerentur, fieri solitas esse contendit. Igitur tertium Kal. Iul. pro die martyrii habet, et in Cathedra Petri forte aliam translationem factam, quae et depositio vocari possit. Nobis Pearsonii sententia magis arridet, qui et *in Annal. Paullinis* p. 25 sat probabili ratione demonstrat, martyrium Petri ad diem VIII Kal. Mart. referendum esse. Et hanc sententiam amplectitur quoque Io. Clericus, *Hist. eccles. duor. prim. saec. p.* 448.

guntur: *Octavo Calendas Martii Natale Petri de Cathedra.* Sed quamquam ipse BUCHERIUS *) hanc membranam Constantii aetate scriptam suspicatur, HENRICUS tamen DODWELLUS **) multo recentiorem esse contendit, aetatemque eius relinquit in dubio. Plura Calendaria et martyrologia, in quibus mentio eius festi fit, excusserunt GUIL. ERN. TENTZELIUS ***) et PETR. ZORNIUS ****), simulque BARONIUM aliosque refutarunt, qui antiquitate huius festi falso asserta demonstrare studuerunt, primarium episcopatum Petri inde ab antiquis temporibus creditum. Sed qui hanc controversiam egerunt, id, quod caput huius quaestionis erat, omiserunt inquirere, an die Cathedrae Petri re vera celebrata sit memoria primi eius episcopatus, et num illius nominis ea sit significatio, quam BARONIUS aliique Pontificii esse volunt. Multas sane fabulas et falsas traditiones vocabula antiqua male intellecta, vel consulto in alium sensum detorta, invexerunt, nec aliter factum esse in Cathedrae Petri nomine, quo dies VIII Kal. Mart. appellatus est, arbitror. Volunt vocabulo Cathedrae sedis episcopalis et ecclesiae Antiochenae constitutionem intelligi. Inde alii, quum traditum antiquitus existiment, Petrum etiam Romae ecclesiam colle-

---

*) *libro cit. p.* 267.

**) *In diss. de Rom. Pontif. primaeva success. cap.* 7.

***) *Diss. de natalitiis Episcoporum*, §. 14 *seqq. Exercit. Sel. p.* 344.

****) *Diss. de natalitiis Cathedrae S. Petri, adv. Caes. Baron. in eius Opusc. sacr. Tom. II, p.* 719 *seqq.*

gisse, eo nomine utrumque episcopatum indicari putant: alii singularem natalem Cathedrae Romanae commenti sunt, eumque decimo quinto Kal. Febr. celebrandum cum BARONIO *) asserunt. Quum denique Cathedrae Petri memoriam olim in multis ecclesiis cultam videant, inde primatum Petri et universalis ecclesiae episcopatum probari putant **). At mihi plane videtur nomine Cathedrae Petri non episcopatus eius Antiochenus et Romanus, sed martyrium, tanquam Apostoli principis, a multis ecclesiis celebratum, significari, atque e fictitio hoc Petri episcopatu enata demum esse falsa nominis Cathedrae interpretatio. Videmus eundem diem, qui in canone concilii Turonensis II primum vocatur *Cathedrae Petri*, in laterculo Silvii uno ante saeculo ita describi, ut in eo *Depositio Petri et Paulli* et defunctorum parentum memoria celebretur. Nulla esse causa videtur, cur vetustam illam et primam festi rationem recentiore nomine Cathedrae mutatam putemus, et consentaneum potius est, ista, tanquam magis perspicua, appellatione hoc, quod quaerimus, obscurius interpretari, ut appareat, in *Cathedrae* nomine significationem diei emortualis et memoriam martyrii inesse.

---

*) *Annal. Tom. I, ad A. C. 45, n. 1.*

**) Sic HERIB. ROSWEYDUS scribit apud TENTZELIUM l. c.: *Vt ut natales privatorum Episcoporum apud suos celebrati fuerint; unius tantum Petri natalem seu cathedram apud omnes in cultu fuisse.*

§. XVI.

Hoc ut magis perspiciamus, annotare sufficit, καθέδρας apud Graecos dierum feralium et parentalium nomen fuisse. Clare hoc docet Hesychius: Καθέδραι, πένθους ἡμέραι ἐπὶ τετελευτηκόσι, *Cathedrae sunt dies luctus propter defunctos.* Sic appellatos eos dies puto, quod sessio erat habitus lugentium, atque mortuorum memoria sedendo et quiescendo coli credebatur. Inde veteres Romani appellabant *ferias denecales*, in iisque dicebant mortuos *resideri*, h. e. feriari, quia honori mortuorum resides manebant, nec quicquam operis suscipiebant *). In eo ritu residendi seu feriandi pro mortuis satis apparet ratio, cur feriae ad memoriam mortuorum institutae dici potuerint cathedrae, et probabile est, Graecos, qui fastis Romanis uterentur, Parentalium diem, vel VIII Kal. Mart. appellasse Καθέδραν. Io. Kirchmannus **) dudum locum Hesychii de denicalibus intellexit. Alia et forte aptior ratio Graeci nominis ab epulis et conviviis peti potest, quae in Parentalibus ad honorem et memoriam defunctorum agebantur. Haec subinde dicebantur *lectisternia*, ut in lapide Gruteriano, cuius inscriptionem supra §. V. apposuimus. Lectisternia autem quin a Graecis sub-

*) Cicero *de leg.* II, 22: *Nec vero tam denicales, quae a nece appellatae sunt, quia residentur mortui, quam caeterorum coelestium quieti dies, feriae nominarentur, nisi maiores eos, qui ex hac vita migrassent, in Deorum numero esse voluissent.* Conf. Lomeierus *de lustrat. vet. cap.* 30. *p.* 379.

**) *De funer. Rom. IV. cap.* 1, *p.* 366.

inde καθέδραι sint vocata, vix dubitare poterit, qui verba Hesychii perpendat. Hinc dies Parentalium propter frequentia convivia κάθεδρα vocatus, et a Latinis festum epularum. Poterat hic dies, defunctorum memoriae dicatus, sigillatim a Christianis traduci ad Petri eiusque mortis memoriam celebrandam, nomine non mutato, ut *Cathedra* Petri diceretur, quemadmodum Latinis *sedes*, *requies*, sive, ut vetus laterculus habet, *depositio Petri*. Quippe sepulcra Latini *requietoria* dixerunt et *sedes*. Id quidem iam Virgilius usurpavit *);

Quam sedibus ossa quierunt.

Sed frequentissime pro sepulcro usa est recentior latinitas. Exempla eius usus ex lapidum inscriptionibus, legibus et scriptoribus sequioris aetatis adduxerunt Kirchmannus **), et Iac. Gothofredus ***). In primis notabile est, *sedes* peculiariter vocari sepulcra et conditoria Apostolorum et martyrum, quae in templis condi solebant. Praeter legem Theodosii ****), clare hoc probat Amm. Marcellinus †): *Cineres proiecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis* (i. e. reliquiis) sedes *illis exstruerentur* ††), *ut reliquis, qui deviare a religione compulsi*

*) *Aen. lib.* VI, 328.

**) *De fun. Rom. lib.* III, 10. *p.* 257.

***) *Comment. ad Cod. Theod. legem mox allegandam.*

****) *Cod. Theod. lib. IX. tit.* 17. *de sepulcr. viol. lege* 6.

†) *Lib.* XXII. *cap.* 11.

††) Monuit Gothofredus l. c. perperam in editis pro *sedes* legi *aedes*.

pertulere cruciabiles poenas, ad usque gloriosam mortem intemerata fide progressi, et nunc martyres appellantur. Fingamus diem aliquem in ecclesia constitutum, quo ossa B. Petri condita, et *sedes* Apostolo constituta diceretur, eumque diem placuisse in Parentalibus gentilium, quae Graecis καθέδραι dicebantur, celebrari, quam pronum erat, hunc diem Cathedram Petri appellari, quae quamquam nihil aliud significaret, quam, quae in laterculo dicitur, *Depositio* Petri, tamen ab iis, qui caussam et sensum Graecae appellationis ignorarent, posset de sede Episcopali ea ecclesia primitus constituta accipi.

§. XVII.

Et sane videtur haec appellatio diei, Petri memoriae sacri, in Graeca ecclesia primum, sigillatim Antiochiae, usurpata, in Occidente vero perperam intellecta esse. Inde enim est, quod in vetustis quibusdam martyrologiis ad nomen *Cathedrae Petri* apponitur *Antiochiae* vel *apud Antiochiam*, quod non debebat de episcopatu Antiocheno intelligi, sed Cathedram Petri indicat primario et antiquitus Antiochiae celebratam esse et inde ad alias ecclesias propagatam. Antiochiae enim Petrus, quod vetus habet traditio, multum versatus est, et fortasse rectius ibi, quam Romae, diem obiisse existimatur: Antiochiae praecipue sacrum sollemne, gentilium, καθέδρα dictum, inveniebatur, quod et nomen et occasionem Cathedrae Petri instituendae dedisse videtur. Hesychius hic iterum occurrit: Καθέδρα, θυσία Ἀδώ-

γιδος. Scribit autem Iul. Firmicus *): *In pluribus Orientis civitatibus Adonis quasi maritus plangitur Veneris.* Et Antiochiae sacra Adonia tempore adhuc Iuliani Imp. celebrata esse, diserte testatur Amm. Marcellinus **). Erant vero sacra Adonia re ipsa feralia, quibus Adoni, quasi mortuo, inferias cum planctu et vario ritu lugubri peragebant, et simulacrum aliquod mortui cadaveri simile in lecto compositum plangebant, et lugubri carmine efferebant. De eo ritu multa refert Lucianus, libello de Dea Syria, sed praecipue huc pertinet Plutarchi testimonium ***): *Ἀδωνίων γὰρ εἰς τὰς ἐκείνας ἡμέρας καθηκόντων, εἴδωλα πολλαχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προὔκειντο ταῖς γυναιξὶ, καὶ ταφὰς ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι, καὶ θρήνους ᾖδον. Adonidis sacris in hos dies incurrentibus, simulacra efferendis cadaveribus similia posita erant ante mulieres, quae funera et sepulturas imitabantur plangentes, et feralia carmina concinebant.* His in ritibus haud dubie praecipuus erat lectus feralis, splendide apparatus, cui simulacrum mortui, vel ipsius Adonidis, erat impositum. De eo Theocritus in Ἀδωνιαζούσαις ****):

> Αὐτὸς δ' ὡς θνητὸς ἐπ' ἀργυρέῳ κατάκειται
> Κλισμῷ.

Κλισμοὶ ab Hesychio exponuntur θρόνοι ἢ ἀνάκλιντρα. Idem: Κλισία, κλίνη, σκηνή. Κλίσις, σκηνή,

---

*) *De err. prof. rel. p. m.* 17.

**) *Lib. XXII. cap.* 9.

***) *In vit. Alcib. cap.* 18. *p.* 34. *Vol.* II. *edit. Lips.*

****) *Idyll. XV. v.* 84 *et* 127.

καθέδρα. Itaque et lectus in sacris Adonidis haud dubie et θρόνος et καθέδρα dictus est, ipsumque sacrum inde καθέδρα appellatum. Potuit etiam καθέδρα a lectisternio et convivio ferali, in honorem Adonidis celebrato, appellari, siquidem planctu peracto et inferiis Adonidi datis, vivere eum dicebant, et sacrificium laeti peragebant quod ipsum indicat Hesychii interpretatio, θυσία Ἀδώνιδος, h. e. *epulum Adonidis*. Christiani Antiochiae sine dubio huic sacro Adonidis substituebant τὴν καθέδραν τῶν Ἀποστόλων vel τοῦ Πέτρου, lectum eorum feralem h. e. martyrium et sepulturam celebraturi. Occidentis Christiani illud festum recipientes dixerunt primo *Depositionem Petri et Pauli*, et, quod e sacro ferali ortum erat, ipso die Feralium vel Parentalium celebrandum putarunt. Mox ipsum nomen Antiochenum receperunt, Cathedram Petri dicentes illum diem. Aevi medii saeculis mos fuit, feretrum vel lecticam, quibus sanctorum emortuorum cadavera elata essent, in ecclesiis publice colendas exponere, quod testimoniis comprobavit, Car. Dufresne *). Lecticas iam antiquitus vocatas esse *cathedras*, locus Iuvenalis, eiusque scholiastes, probat **). Quis igitur miretur, si olim diem, quo lecticam funebrem S. Petri, h. e. eius depositionem vel translationem celebrandam putarent, dixerunt Cathedram S. Petri. Quod autem Καθέδρα τοῦ Πέτρου Antiochiae fortasse mense Iunio, ad exterminandum, quod eo mense agebatur ***), sa-

*) *Lexic. med. et inf. latin. v. lectica.*

**) *Sat.* 1, *v.* 65.

***) Hieronym. *in Ezech cap.* 8.

crum Adonidis, celebrabatur, hinc factum videtur, ut quaedam Occidentis ecclesiae natalem Petri et Paulli mense potius Iunio, h. e. III Kal. Iul. celebrandum putarent. Manente igitur Cathedra Petri, unaque altero die passionis Petri et Paulli recepto, quum per ea tempora opinio invalesceret, Petrum, principem Apostolum, Antiochenam primum fundasse ecclesiam, nomen Cathedrae Petri a Latinis, qui quidem scirent ab Antiochenis acceptum, sed perperam intelligerent, facile eo tractum est, ut eo memoria conditae a Petro ecclesiae Antiochenae indicaretur. Est tamen verisimile, Cathedrae Petri appellatione initio, quum Parentalium diei aptaretur, vix aliud quam memoriam martyrii eius designatam. Nam ut e laterculo Silvii, et canone concilii Turonensis colligitur, eius festi celebratione tollenda fuit Parentalium veterum et epularum, mortuis oblatarum, superstitio, cui rei parum accommodata videtur Cathedrae Petri celebratio, si per eam sedis episcopalis memoria intelligatur. In plerisque enim festis, quae scimus Christianos veteribus gentilium opposuisse, hoc videmus observatum, ut veteri sollemnitati aliam similem substituerent, et ritus illius priores melioribus et ad rem Christianam accommodatis commutarent. Sed inter mortuorum celebrationem et sedis episcopalis institutae memoriam non perspicitur, quae similitudo intercedat. Aptius erat loco Parentalium talem inducere sollemnitatem, qua pro defunctis parentibus, et cognatis superstitiose cultis, parentes religionis suae, beata morte pro religione functos, maxime autem beatos Martyres et Apostolos, venerarentur. Apta igitur huic diei in pri-

mis erat martyrii Principum Apostolorum, Petri et Paulli, memoria, et Cathedra Petri, quod eius diei nomen est, vix aliud debuit, quam eiusdem martyrii memoriam denotare.

§. XVIII.

Nulli quidem negamus, Cathedrae Petri appellationem sic antiquitus iam intellectam, ut susceptum a Petro episcopatum et constitutam ecclesiam designaret; atque auctor ille sermonis in Cathedra S. Petri, qui Augustinus falso perhibetur, idem diserte pronuntiat. Sed, incerta aetate huius auctoris, ignoratur, quam vetus sit illa interpretatio, atque etiamsi sciamus, satis vetustam esse, hoc tamen multis aliis exemplis constat, Latinae ecclesiae doctores in graecis rebus et vocabulis interpretandis, et Graecos in latinis valde errasse, fortasse etiam *in festo* Cathedrae falsos fuisse. Quin etiam concedimus, appellationem Cathedrae Petri consulto detorqueri potuisse ad significandum episcopatum et primatum Petri, ut, quae eius opinio iam allubescere plerisque coeperat, et in Occidentis ecclesiis erat recepta, confirmaretur. Nec dubitamus, si quis hoc agere, et plura veteris historiae monumenta excutere velit, futurum esse, ut satis multa indicia et argumenta reperiat, quibus nostra de origine et significatione Cathedrae Petri sententia confirmetur. Vsus vero huius disquisitionis non exiguus est, siquidem sententia nostra amplius corroborata suspicari licet, Petrum non Romae, sed Antiochiae aut in aliqua parte Orientis, martyrium subiisse, tum vero totam

illam traditionem de episcopatu Petri Romano, et primatu ecclesiae falsissimam esse, quae quoniam praecipue ex antiqua Cathedrae Petri celebratione confirmari solet, aperto erroris fonte, et subruto eius fundamento, ipsa penitus corruat necesse est.

§. XIX.

Epularum S. Petri nomen non abludit ab illo *Cathedrae*. Nam si epulum in Charistiis vel Parentalibus celebratum nominarunt lectisternium, et in sacris Adonidis καθέδρα idem significavit, ut observavimus, proclive fuit illis, qui festo Petri inde nomen dederant, etiam epulas Petri dicere Lectisternia epulae dicuntur ex more accubandi, et simili de iis phrasi utitur Concilium Laodic. can. XXVIII, ubi agapae vel convivia in ecclesiis fieri vetantur: Οὐ δεῖ ἐν ταῖς κυριακαῖς ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκλοβίτα στρωννύειν. *Non oportet in locis dominicis agapas facere, et in domo Dei comedere, et accubitus sternere.* Gutherius *) nomen festi epularum Petri antiquius illo Cathedrae esse, et deinceps correctum a Pontificibus putat. Quod quidem nos in medio relinquimus. Certe illud non minus frequentatum esse, quam Cathedrae, probant loca scriptorum aevi medii a Carolo du Fresne **) adducta. Cum Gutherio quodammodo concinit Nea-

*) *De iure Man. lib.* II, *c.* 12. *p.* 253.

**) *Gloss. med. et inf. latin. v. Festum epularum Petri.*

POLIS *), qui suspicatur, ipsum Charistiorum diem, quod hic totus deditus esset conviviis, olim dictum esse festum epularum, idque nomen diutius mansisse in ecclesia, quum, memoria Petri in eum diem relata, festum epularum S. Petri coeperit appellari. Huius appellationis vel inveniendae vel retinendae non extrema caussa fuit, quod doctores concionibus eo die habendis saepe alludere solebant ad visionem illam Petri Act. X, 13. qua visus erat, cum esuriret, ad largissimum epulum voce coelesti invitari: Ἀναστὰς Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε **). Atque eadem hac voce in eam mentem inducti videntur Christiani, ut festum Petri respondere maxime illi pagano inprimisque idoneum putarent, quod loco Parentalium induceretur. Nam similia his verba sunt, quae EPIPHANIUS ***) dicit eo die a gentilibus acclamari mortuis ad tumulos: Ἀνάστα, φάγε, καὶ πῖθι, καὶ εὐφράνθητι.

§. XX.

Epulari autem solebant Christiani die Petri non solum ex veteri Charistiorum consuetudine, quorum in locum ille successerat, sed etiam quod hic dies

---

*) *Ad Ovid. Fast.* II, 617.

**) Sic AMBROSIUS sermone 61, *de natali SS. Apostol. Petri et Pauli*, statim a principio: *Non opus est proprio sumtu ad refectionem nostram, nam natali suo Sanctus Petrus ipse nos reficit. Est enim omnibus copiis refertum vas ei, quod illi de coelo esurienti delatum est.* cet.

***) *In Ancorato cap.* 87.

praecipuus erat e natalibus martyrum. Hos enim praecipue agapis vel conviviis actis celebratos esse, ex antiquitate Christiana constat, quae in eam abire luxuriam et intemperantiam coeperunt, ut necesse esset, ea legibus coercere. Quum autem in aliorum martyrum natalitiis aequum putarent laetos agere dies, aliosque suae communionis cives lauto convivio recreare, tum maxime in Principum Apostolorum et Martyrum natali id putabant observandum. Quantum ista hilaria dedecus, labente Christianismi pietate, subinde contraxerint ab intemperantia et profusione, testantur Ambrosii, Hieronymi, Augustini, aliorum querelae, qui convivandi in memoriis martyrum profusam luxuriem graviter reprehendunt, et reprimere laborant. Solebat alias in singulis funeribus, quando exsequias ibant Christiani, offerri pro mortuis, et agape cum eucharistia celebrari, isque ritus praeter alias caussas; e consuetudine coenarum feralium et denicalium apud gentiles videtur assumtus. Quemadmodum vero denicalium coenarum apud gentiles ea erat coniunctio cum Parentalibus et Charistiis, ut illae essent privatae et singulares, haec publica et anniversaria; ita apud Christianos agaparum, quae in celebratione funerum et in anniversario Natali Apostolorum fiebant, par erat ratio. Illae privatim fere et tenuiter, hae maiore cum celebritate ad honorem Principum Apostolorum et publice agebantur.

§. XXI.

Magna igitur similitudo Cathedrae Cognationis et Cathedrae Petri existit e convivii, quod in utraque

sollemnitate agi solebat, natura, e charistiis inquam gentilium et agapis Christianorum. Magnam utrorumque convenientiam dudum observarunt viri eruditi, sigillatim CHRISTOPH. IUSTELLUS *), et Io. HILPERTUS **). Et quamquam plures Christianis fuisse caussas, existimandum est, cur coenas communes, quas Agapas vocabant, inter se celebrarent, tamen dubitari non potest, harum praecipuam Charistiis, quae inter Romanos erant celeberrima, tribuendam esse, praesertim quum ex aliis etiam gentibus similium conviviorum exempla, quae sequi possent, haberent, ut Atheniensium ἐράνους, Lacedaemoniorum φειδίτια, συσσίτια Cretensium, et alia ***). Nos omissa expositione originis et caussarum, quae primum Christianos ad agapas instituendas permovere potuerunt, solam nunc earum similitudinem cum Romanorum Charistiis per partes ostendemus. I. Vt Charistia nomen habent ἀπὸ τῆς χάριτος, ita Agapae a dilectione gratiae coniuncta. Et quantum abest hoc nomen ab εὐχαριστίας

*) *In notis ad Codicem canonum ecclesiae universae, can. 70. p. m. 194.*

**) *In diss. de agapis, observ. VI. et vii.*

***) Cum Philotesiis veterum agapas singulari cura contulit Io. FRONTO *in Epist. selectis. Leodii Eburorum*, 1674. BARONIUS adeo *ad an. 34. num. 40* institutionem Eucharistiae comparat cum apophoretis gentilium, refutatus a CASAUBONO *Exercit. XVI. n. 26.* qui ea ostendit luxui, deliciis et lasciviae originem suam debere.

appellatione, quam saepe cum agapis coniunctam fuisse constat *). II. Charistia erant convivium cognatorum, affinium, necessariorum: Agapae eorum, qui invicem se *fratres* nomine, affectu, religione ducerent. Fraternum nomen inter Christianos usitatum defendunt TERTULLIANUS **) et LACTANTIUS ***), fusiusque eius rationes explicat ALBASPINAEUS ****). III. Ad epulum Charistiorum singuli dapem vel sportulam conferebant: Agapae item fiebant ex oblationibus singulorum, divitum praesertim, qui cibis suis pauperiores recreabant. Ex multis sufficiat luculentissimum Io. CHRYSOSTOMI †) testimonium adduxisse: Κοινὰς δὲ ἐποιοῦντο τὰς τραπέζας ἐν ἡμέραις νενομισμέναις, ὡς εἰκός. Καὶ τῆς συνάξεως ἀπαρτισθείσης, μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν, ἐπὶ κοινὴν πάντες ἦσαν εὐωχίαν, τῶν μὲν πλουτούντων φερόντων τὰ ἐδέσματα, τῶν δὲ πενομένων, καὶ οὐδὲν ἐχόντων, ὑπὲρ αὐτῶν καλουμένων, καὶ κοινῇ πάντων ἑστιωμένων. IV. Ad Charistia convenientes meminisse mortuorum e gente sua solebant, et commemoratis eorum nominibus, quotquot adhuc

---

*) Vtrum Agapae solae, an interdum cum Eucharistia sint celebratae, de eo disputant ALBASPINAEUS *Observ. de rit. eccles. lib. I*, 18. TH. ITTIGIUS *Hist. eccles. saec.* II, p. 178.

**) *Apolog. c.* 39.

***) *Instit. div. lib. V. cap.* 16.

****) *Observat.* XIX.

†) *Homil.* XXVII, *in primam ad Corinthios.*

restarent de sanguine suo, recognoscere et comiter amplecti: in Agapis, quando et sacra Eucharistiae fierent, facta oratione ad Deum, nomina eorum qui obdormissent, tum omnium qui in communione ecclesiae persisterent, maxime autem eorum, qui obtulerant, ex diptychis vel tabulis ecclesiasticis recitari, Deoque commendari solebant. Quod dicebatur *nomina offerre*. Huc inprimis pertinet illud DIONYSII Areop. *): *Cum se mutuo omnes salutaverint, mystica sacrarum tabularum recitatio fit.* Plura de eo ritu GABR. ALBASPINAEUS **) et IOACH. HILDEBRANDUS ***) dabunt. V. Ad Charistia eo fine coibant, ut amicitiam, charitatem, concordiam servarent, querelas inter propinquos et dissidia tollerent. Agaparum finem fuisse caritatem testandam, ipsum nomen eius ostendit, et magnum dilectionis argumentum erat, quod coenantes una *inopes refrigerio iuvare* volebant, ut TERTULLIANUS loquitur: magnum eiusdem argumentum, quod facta oblatione osculo se invicem salutabant, eoque coniunctionem animorum et affectum perpetuum, simul oblivionem omnis offensae testari volebant. Vnde et osculum pacis vocabatur. In ipso denique convictu habebant concordiae symbolum et invitamentum, cogitantes illud Paullinum ****): *Quoniam unus est panis,*

---

*) *De hierarch. eccles. cap.* 3.

**) *Observat.* VII.

***) *Primitivae eccles. offertorium pro def. cap.* VI, *p.* 46.

****) 1 *Cor. X*, 17.

unum corpus, nos illi multi sumus. Nam omnes unius panis sumus participes. VI. Charistia coena erant vespere celebrata, et ad seram noctem producta. Etiam Christianorum agapae plerumque vespere fiebant ad lumina. Indicio est TERTULLIANUS, qui de coena Christianorum *): *Ita saturantur, ut qui meminerint, etiam per noctem adorandum Deum sibi esse. — — Post aquam manualem et lumina* (illata) *ut quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere.* VII. In Charistiis ante quam cibum caperent, Diis generis sacra faciebant, et dapes libabant Laribus. Quo ritu sacrari putabant mensas suas. Nec dubitandum, factum esse in Charistiis, quod alias gentiles ad mensam accedentes, teste QUINCTILIANO **), fecerunt, ut Deos invocarent. De Agape TERTULLIANUS l. c.: *Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum praegustetur.* VIII. Coena Charistiorum sobria erat, et discessuri eam finiebant bonis precationibus. OVIDIUS: *Parca precaturae sumite vina manus.* De coena Christianorum TERTULLIANUS: *Aeque oratio convivium dirimit: inde disceditur non in catervas caesionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam coenam coenaverint, quam disciplinam.* IX. Charistia agebantur post Parentalia, ubi simul memoriam carorum defunctorum recolebant. Et aga-

---

*) *Apolog. cap.* 39.

**) *Declamat.* CCCI: *Adiisti mensam, ad quam cum venire coepimus, Deos invocamus.*

pae frequentissime celebratae sunt in natalitiis et ad memorias Martyrum. Quae quoniam plurimum sui ritus a veterum gentilium Parentalibus traxerunt, ubi cibos deferre ad sepulcra mortuorum, vinum infundere tumulis, atque in monumentis eorum quotannis epulari solebant *), ita Agapae, nomine et ritu co-

---

*) Parentalia adhuc inter Christianos recepta agnoscere, nec plane reprobare videtur HIERONYMUS *in Ierem. lib. III. cap. 16*: *Moris est lugentibus ferre cibos et praeparare convivium, quae Graeci περίδειπνα vocant, et a nostris vulgo appellantur Parentalia; eo quod parentibus iusta celebrentur. Dicit et alicubi Scriptura*: *Date vinum et his qui in luctu sunt, ut videlicet obliviscantur doloris.* Et manifestum est ex historia ecclesiae ritus tantum non omnes in Parentalibus gentilium usitatos ad sepulcra mortuorum, a Christianis etiam celebratos esse ad monumenta Martyrum, neque id valde reprobatum a doctoribus. Sic eos excusat PAULINUS, *Natali* IX *Felicis*:

> — — *Ignoscenda tamen puto talia, parvis*
> *Gaudia quae ducunt epulis: quia mentibus error*
> *Irrepit rudibus; nec tantae conscia culpae*
> *Simplicitas pietate caret, mole credula, Sanctos*
> *Perfusis halante mero gaudere sepulcris.*

Ambrosius tamen Mediolanensis aliter statuit, referente AUGUSTINO, *Confess.* VI, 2, et epulas ad sepulcra martyrum deferri vetuit, *ne ulla occasio daretur ebriosis se ingurgitandi, et quia illa quasi parentalia superstitioni gentilium essent simillima.*

gnatae Charistiis, quae post annua Parentalia agebantur, iunctae sunt natalitiis Martyrum *). Et quoniam Charistia a recentioribus saepe confusa cum Parentalibus deprehenduntur aut saltem nomine Parentalium comprehensa, Christiani etiam principum Martyrum et Apostolorum, Petri et Paulli, memoriam sollemni die Charistiorum celebrandam putarunt. X. Coenam in veterum Charistiis posteriore tempore desiisse celebrari, eiusque loco xenia vel honoraria eo die ad propinquos missa, supra annotavimus. Idem cum agapis Christianorum in natalibus Martyrum factum est. Antiquitus integra pauperibus coena apponebatur, sed Augustini aetate fruges et carnes erogabantur. Testatur ipse AUGUSTINUS **): *Agapae nostrae pauperes pascunt sive frugibus, sive carnibus.* Item: *Plerumque in agapis etiam carnes pauperibus erogantur.* Eodem tempore agapis maximam partem vetitis et sublatis, ut historici et canones conciliorum docent ortus est *eulogiarum* mittendarum mos. Quo nomine appellabant vel panes, precibus sacratos, vel carnes, pisces, fructus aliaque edulia, vel quaelibet denique utensilia, quae amoris, memoriae,

---

*) Testatur ORIGINES *in Iobum lib. 3: Celebramus mortis diem, religiosos cum sacerdotibus convocantes, fideles una cum clero invitantes, adhuc egenos et paupores, pupillas et viduas saturantes; ut fiat festivitas nostra in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiatur in odorem suavitatis, in conspectu aeterni Dei.* Vid. HILPERTUS *de agapis, Observ.* V.

**) *Lib.* XX. *contra Faustum, cap.* 20.

gratiae testandae caussa dono mittebant ad alios, praesertim sollemnibus quibusdam diebus. Exempla missarum eiusmodi eulogiarum in Augustini, Paulini Nol. Venantii Fortunati et aliorum scriptis plurima occurrunt, nec alia sunt munuscula, quae Hieronymus natali Petri accipiebat. Eulogias igitur Christianorum, mutato tantum nomine, idem esse ac xenia et apophoreta gentilium, palam est, eaque natali Petri praecipue, ut quondam in Cara Cognatione, mitti consueverunt.

Über

die Hekate.

Zur Erklärung

der

Zauberidylle Theokrits,

von

Johann Heinrich Voſs.

Von der Hekate.

Zur Erklärung der Zauberidylle Theokrits.

Hekate war eine mystische Göttin aus dem nachhomerischen Alterthum, die, durch vielfache Umdeutungen noch räzelhafter, nicht ohne Mühe bestimmt werden kann. Wenn man, vertraut mit dem gewöhnlichen Gange des Volksglaubens, die dunkelen Spuren ihrer Herkunft beobachtet, so ergiebt sich, dafs bey einigen der uralten Pelasgerstämme in Nordgriechenland; welche man Thracier nannte, eine fluchabwendende und segnende Gottheit unter dem Namen *Hekate* Fernwirkende oder Entfernerin, verehrt wurde; bey anderen als männlicher *Hekatos*. Dieser mischte sich frühe mit ähnlichen Schutzgöttern anderer Stämme, dem Föbos und Apollon; dafs schon Homer (Il. I, 385. VII, 83.) den Namen ἑκατος wie ἑκαεργος und ἑκατηβολος, als Beinamen des achäischen und lycischen Aushelfers brauchen konn-

te. Jene aber durch geheimere Priesterinnungen verherlichte Titanin *Hekate* konnte so wenig, wie ihre Grofsmutter Föbe, die uralte Göttin der Versöhnung und Weissagung (Hes. Th. 136. 404. Aeschyl. Eum. 7.), eher mit Apollons Schwester und Mithelferinn Artemis vereinigt werden, als bis im umdeutenden Zeitalter die eingeschränktere Gewalt der Jagdgöttin durch hinzukommende Kräfte der Mondführerin Selene und der unterirdischen Persefone sich erweitern liefs.

Die Hekate nennt weder Homer, noch ein Homeride, ausser dem Verfasser des mystischen Hymnus an Demeter. Aber weitläuftig erhebt sie Hesiodus in der Theogonie v. 411—452. Sie sei dem weisesten Titan Perses (der Homeride v. 24 sagt Persäos) von der Asteria, einer Schwester der Leto und Enkelin der Föbe, gebohren worden, und Zeus habe ihr den Antheil an den sämtlichen Ehren der alten titanischen Weltherscher gelassen; dafs sie noch jezt Opfer und Anbetung mit Segen lohne, und, obgleich ein einzelnes Kind, (entgegengestellt den Zwillingen Apollon und Artemis, den neueren Obwaltern des Heils), nicht weniger Gewalt übe, sondern noch mächtiger mithersche in Erde, Himmel und Meer; sie fromme dem Volksredner, dem Krieger, dem Richter, dem Wettkämpfer, dem Reisigen; sie mit Poseidon segne und vereitele des Fischers Fang; sie mit Hermes mehre und mindere die Heerden; sie, die Eingebohrene, sei auch von Zeus (nicht weniger als Apollon und Artemis) als Jugendpflegerin bestätigt worden, allen die nach ihr (d. i. nachdem die ge-

rufene Hekate nebst der Geburtshelferin Eileithyia erschienen sei) das Licht der Sonne erblickt; so von Anfang (seit titanischer Urzeit) sei jene die Jugendpflegerin, und so herlich an Gewalt. Unverkennbare Nachhalle von Lobreden der Priester, die eine aus der Fremde gebrachte Göttin, als ursprüngliche und keineswegs veraltete Wohlthäterin, gegen neuere Besiznehmer ihrer Macht vertheidigten! Der Scholiast meldet hiebei, Hesiodus lobe als Böotier; denn dort werde Hekate verehrt. Diese Nachricht (o dafs man doch alle in Bibliotheken vernachlässigten Scholien für Alterthumsforscher rettete, und des albernen Vornehmthuns gegen Scholiasten, und sogar gegen die herkulanischen Rollen von weniger scheinbarem Inhalt, sich enthielte!) diese so bescheiden hingeworfene Nachricht erklärt andere Nachweisungen, die sonst kaum bemerkt würden.

Bei Sofokles (*Oed. T.* 160), wo ein Chor in Theben zur Abwendung des Unheils anruft die Athene, den treffenden Apollon, und

Die erdumfassende Schwester
Artemis die den gegründeten Thron
Der Versammlung, die herliche, hält:

lehrt der Scholiast, γαιαοχος, erdumfassend, heisse Artemis, weil sie die selbige mit der Hekate sei; Hekate aber (als alwaltende Beschirmerin) verkehre in Volksversammlungen, und man diene ihr an Dreiwegen; mit dem Beinamen συλλεια, die herliche, werde Artemis bei den Böotiern verehrt. Welches lezte Pausanias IX. p. 566 und Plutarch

(Aristid. 20) bezeugen. Vorzüglich erschien Hekate, bald mit eigenem Namen, bald mit übertragenen, in den kabeirischen Mysterien (Schol. Aristof. Pac. 277, deren Hauptsiz Samothrace war (Herod. II, 51); und auch diese finden sich in Böotien, sogar mit einer Stadt Kabeira. Pausanias sah (IX. p. 578) bei Theben einen Hain der kabeirischen Demeter und Kora oder Persefone, und in Anthedon (p. 575) ein ähnliches Heiligthum. Und Euripides (Phoen. 689) läfst den Chor flehen: Dafs für Theben, wo zweinamige Göttinnen, Persefassa und Demeter, Allherscherin jene, diese Allnährerin, sich ansiedelten, die beiden fackeltragenden zu Hülfe gesandt werden. Wie eigenthümlich den Böotiern diese Verehrung war, erhellt aus Euforions, vom Scholiasten hiebei erhaltenem Zeugnisse: der Kronide Zeus habe der Persefone Theben (andere, wie Pindars Scholiast bei Nem. I, 17, sagen Sicilien) zum Geschenk verliehn, als sie nach der Vermählung zuerst dem Anblick sich entschleierte. Auch ward, wie wir gleich sehen werden, der böotische Kabeiros sowohl, als der samothracische, von Seefahrern angefleht. Soll ich noch anführen, dafs Xenofon (hist. V.) eines feierlichen Ceresfestes in der kadmeischen Burg erwähnt, und dafs in Böotien mehrere Tempel der eleusinischen Demeter und Persefone (Herod. IX, 61. 100. Plut. Arist. 11), woran auch Hekate Antheil hatte, sich darbieten?

Nach allen Anzeigen müssen Thracier, welche, wie Strabo (X. p. 471) lehrt, in Böotien den Dienst

der Musen zur schwärmerischen Verehrung des Dionysos und Apollon fügten, auch die einheimische Hekate, wo nicht gradezu, wenigstens durch ihre attischen Glaubensbrüder, die Anordner des thebischen Kabeirendienstes (Herod. II, 51. Pausan IV. p. 217), dahin gebracht haben; und Strabo meldet als etwas verbundenes und neben einander bestehendes, dafs, wie jenen begeisternden Mächten, auch der Hekate und der Demeter stürmische Feste mit Chortänzen und sinnbildlichen Gebräuchen gefeiert worden sein. Aufserdem fand Pausanias (II. p. 140) in der benachbarten Insel Aegina die Hekate vorzüglich geehrt, mit einem mystischen Jahrfeste, für dessen Urheber wiederum ein Thracier, nämlich Orfeus, gehalten ward. Die selbigen Verhältnisse erkennen wir in dem homeridischen Hymnus an Demeter, der gewifs für die eleusinische Feier gedichtet ward. Jene, von vornehmen Eleusinern und dem Thracier Eumolpos angeordneten Mysterien v. 479 enthielten auch der thracischen Hekate Verherlichung: denn weil sie v. 25 aus ihrer Höhle (ohne Zweifel der zerynthischen in Samothrace, Lykofr. 77) die Entführung der Persefone gehört, und v. 52 mit der Fackel in den Händen der Demeter verkündiget, auch v. 438 der wiedergefundenen sich gefreut hatte, ward sie v. 440 der Persefone Dienerin und Begleiterin. Dort in dem eleusinischen Festzuge erblickte sie noch Claudian XXXIII, 15:

Sieh, auch Hekate fern, in dreifach wechselnder Bildung,
Hebt sich hervor.

Selbst das nysische Gefilde, wo dem Homeriden v. 17 Ἀΐδες zum Raube der Persefone aus der Erde hervorbrach, werden wir nicht um die karische Stadt Nysa, die nach Stefanus erst von einer syrischen Königin den Namen empfing, sondern in einer verbundenen Gegend aufsuchen müssen: entweder in Thracien um den homerischen Berg Nysa (Il. VI. 133), welchen Stefanus am thracischen See Thetideia fand; oder vielmehr nahe bei Eleusis, um den böotischen Flecken Nysa am Helikon, der einigen bei Strabo (IX. p. 405) auch im Homer (Il. II, 508) genannt schien. Vielmehr, sage ich, weil auch die Blume Narcissus, welche v. 8 die Erde zum Betrug der Persefone aufsprofste, wenigstens nach der späteren Fabel vom verwandelten Jüngling, in der Gegend des Helikons (Claudian. XXXV, 134), am böotischen Strome Kafissos entstanden sein soll.

Allenthalben, wo Hekate zuerst auftrit, geheim und öffentlich, übt sie, was ihr Name und das Lob des Hesiodus ankündigt, das Amt, Unheil zu entfernen und Segen zu verleihn, vom Himmel, auf Meer und Land, und aus der Unterwelt. In die Geheimnisse von Samothrace, sagt der Scholiast des Aristophanes (Pac. 277. Suid. ἀλλ' ὡς τις), liefs man zur Abwendung der Gefahren sich aufnehmen; denn dort waren die Mysterien des Kabeiros (gewöhnlichen sagte man der Kabeiren) und der Korybanten und der Hekate (deren Diener nach Strabo X. p. 472 die Korybanten oder Kureten einigen schienen), dort auch die zerynthische Höhle, wo man der Hekate

Hunde opferte; und die Eingeweiheten glaubten als Gerechte aus aller Noth sich zu retten, und besonders aus Meerstürmen. Dieser Sicherheit wegen fabelte man (Orf. Arg. 464. Apollon. I, 917), sein schon die Argonauten, nach einigen auch Odysseus, sich in die samothracische Brüderschaft aufnehmen zu lassen, vermocht worden. Als dem Weltweisen Diagoras, dem sein Unglauben den Namen Atheist zuzog, die vielen Weihgeschenke in Samothrace gezeigt wurden: Weit mehrere wären es, antwortete er, wenn auch die Verunglückten geweiht hätten. Nicht weniger Rettung verhiefsen die böotischen Kabeirenpriester; wofür in einem Epigramm des Diodorus (Antholog. Br. II. p. 185) ein Seefahrer dem böotischen Herscher Kabeiros sein im Sturm gelobtes Gewand vor dem Tempel aufhängt. Daher erhielt auch die zur Artemis gedeutete Hekate das Beiwort λιμενοσκοπος. Aufsehrin der Hafen (Kallim. Dian 39. 259); und Spanheim, der sich übrigens in diesen Begriff nicht zu finden weifs, führt eine Menge von Seestädten an, deren Münzen ein Bild der Artemis, als ihrer Schuzgöttin, trugen. Als Abwenderin des Bösen und Bringerin des Guten, wie Proklus in dem neugefundenen Hymnus sie rühmt (Bibl d. Lit. u. K. I. p. 46), ward Hekate in Athen und anderswo vor den Häusern der Vornehmen (Aeschyl. Sept. Th. 455. Hesych.), in den Märkten der Volksversammlung (Schol. Sofokl. Oed. T. 160), und an Pfaden und Scheidewegen aufgestellt (Kallim. Dian. 38: προθυραια, ενοδια, τριοδιτις, Trivia): wo sie jeden Neumond oder am dreifsigsten Abend des Monats um die Seelen der Verstorbenen

von Nachterscheinungen abzuhalten, zum Opfer geringe Speise, die oft Arme und Cyniker wegnaschten (Eurip. Hel. 575. Schol. Aristof. Plut. 594. Harpokrat. τριακας), und im Vollmond Kuchen mit brennenden Fackeln umringt, (Athen. XIV, 13), zu empfangen pflegte. So allgemein galt Hekate für eine segnende Beschüzerin, dafs sie der Orfiker (H. 71) mit der Glücksgöttin Tyche der Späteren vermengen durfte, und bei Hesiodus (Theog. 422.) der Scholiast sie gradezu Tyche nannte.

Zugleich aber ward durch die Mysterien, worin schon der Homeride sie als Gefährtin und Dienerin der Persefone erkannte, allmählich der Begriff einer unterirdischen und graunvoll erscheinenden Göttin vorwaltend. Auch Hesiodus, so voll er von ihrer Herlichkeit war, und sein Nachfolger Akusilaus (Schol. Apollon. IV, 828), dachten sie sich graulich genug, um die scheuselige Skylla gezeugt haben zu können, welcher dafür Stesichorus die kinderfressende Lamia, eine der spukenden Empusa ähnliche Unholdin, zur Mutter gab; sogar fand Hesiodus (Pausan. I, p. 80) die Volkssage der Aufnahme würdig, dafs Ifigenia durch den Willen der taurischen Artemis unsterblich und eine Hekate geworden sei, die nach Herodot (IV, 103) Menschenopfer empfing. Solcher Vorstellungen wegen heifst sie in der orfischen Argonautik v. 975 ein Tartaroskind, und bei Bachylides der Nacht, fackeltragende Tochter; und der Mimiker Sofron sagt, dafs Hekate da man Hunde opfere (Schol. Lykofr. 77), eine unterirdische Göttin und des Schattenreichs Ob-

walterin sei (Schol. Theok. II, 12). Als solche, auch mit der mystischen Brimo (Orf. Arg. 17), einer brausenden Gottheit, vermischt (Apollon. III, 1210. Lykofr. 1176), schwärmte die Geisterkönigin Hekate schwarzverhüllt in finsterer Nacht (Apollon. III, 862), und tobte durch Gräber mit Seelen der Verstorbenen, wie der orfische Hymnus an Hekate hinter der Anrufung an Musäus, und sogar der Hymnus an die mystische Tyche v. 5 sagt; obgleich sie nach den obigen Zeugnissen graunvolle Erscheinungen abwendet, und nach Sofokles (Oed. C. 1548) mit dem Heilbringer Hermes gute Seelen zur Unterwelt geleitet, nach Statius (Theb. IV, 481) mit Merkur in gesonderter Schaar die elysischen Frommen herauf führet. Sie zeigte sich in ungeheurer und gräfslicher Gestalt, Fackel und Schwert in den Händen, mit Schlangenfüfsen, und Schlangen im Haar, von schwarzen und zottigen Riesenhunden umbellt (Lucian. Philopseud.); sie spukte selbst, oder sandte zum Spuken, vorzüglich Reisenden, das so vielfach, wie unser Volksteufel, erscheinende Gespenst Empusa (Schol. Apollon. III. 862. Suid. Harpokr.), die von den Orfikern, wie es scheint, Melinoe genannt wurde (Orf. H. 70); sie mit den anwandelnden Heroen verursachte nächtliches Auffahren, wie der Schriftsteller von der heiligen Sucht im Hippokrates berichtet.

Da nun Hekate mit dieser Fruchtbarkeit die Macht der ganzen Natur vereinigte; denn noch der Orfiker nennt sie im Hymnus:

Fürstin des Himmels, der Erd' und des
Meers, im Safrangewande,

und gleich darauf:

— — die des Weltalls Schlüssel beherr-
schet:

so konnte von den zauberkundigen Thessaliern, Thraciens Nachbaren, und Mitanbeter der mystischen Demeter (Hom. H. in Cer. 496), für Bann und Beschwörung wohl keine schicklichere Gottheit gewählt werden, um die Zaubermittel zu kräftigen (Theokr. II, 15), und Störungen abzuhalten. Nachdem in der orfischen Argonautik v. 948 zur Besänftigung der thürhütenden Artemis über einer dreieckten Grube ein magisches Opfer von drei schwarzen Hündlein gebracht worden, stürmen aus der Unterwelt v. 964, durch Erzgetön und Dämpfe gelockt, die Erinnyen herauf, und die eiserne Pandora, oder die allmächtige Naturgöttin, und mit dieser v. 973 die gestaltwechselnde, dreihauptige, tartarische Hekate: welche links auf der Schulter das Haupt eines Rosses, rechts einer Hündin, dazwischen eines Löwen, und in beiden Händen ein Schwert trägt. Porphyrius (de abst. 3) meldet: wenn Hekate Stier, Hündin, Löwin sich nennen höre, so erhöre sie eher. Unfehlbar dachte man ein Sinnbild ihrer dreifachen Naturkräfte, wo durch Roß oder Stier das Gewässer, durch die Hündin (κυων, trächtig) die Erde, durch den feurigen Löwen der Aether bezeichnet ward. Auf diese, um Pythagoras Zeitalter angenommene, heilige Dreiheit zielten nicht nur jene dreieckte Grube und die drei geop-

ferten Hunde, sondern auch die hekateïschen Bannwirbel von dreieckter Gestalt, welche bei den attischen Zauberinnen gewöhnlich waren (Anm. zu Virg. Ekl. VIII, 68). Sogar des Namens wegen ward der Fisch τριγλη (Athen. VII, 21) der dreifachen, dreihauptigen Dreiwegsgöttin, wie Chariklides sie nannte, geheiliget. Das Bildnifs der Hekate in Aegina fand Pausanias (II. p. 140) noch einfach von Antliz und Leib; und Alkamenes (des Phidias Schüler und Miteiferer) scheint ihm der erste, der drei Bilder der Hekate an einander gefügt habe. So durchaus bestättigt sich, was in den mythologischen Briefen gesagt wird, dafs alle Ausartung der Götter von der edlen Menschengestalt durch spätere Mystiker und Bildner entstanden sei. Dreihauptig stand sie auf Scheidewegen, um nach Ovids Erklärung (Fast. I, 141) mit dreifachem Anblick drei auslaufende Wege zu beschirmen; und bei Minucius Felix (Octav. p. 192) wird Trivia durch drei Häupter und viele (d. i. sechs) Hände entsezlich genannt Manchmal vertrat ihre Stelle ein dreihauptiger Hermes (Lykofr. 680 Suid.) mit einer Umschrift an jeder Seite, wohin der Weg führe (Harpokrat.; und auch diesen erklärt Lykofrons Scholiast, wie die Hekate, durch dreifache Gewalt, da er in Himmel, Meer und Erde verkehre, oder durch Verbindung mit der Hekate, die ihm drei Töchter gebohren habe; dafs er mit der Hekate die Seelen führe, haben wir oben gesehn Eine dreileibige Hekate mit sechs Armen bieten Statuen, Gemmen und Münzen dar (Lipp. Dakt I. 224. D. Montf. t. 19. Spanh. les Cesars p. 48): bald trägt jede Ge-

stalt auf dem Haupte den Kalathus, bald den Isiskranz, bald verschiedene Abzeichen; in den Händen die eine zwei Fackeln, die andere Schwert und Schlange, die dritte Schlüssel und Seil, oder die andere Schlüssel und Schlange, und die dritte zwei Schwerter; zu den Füfsen manchmal zwei aufschauende Hunde. Auf einer anderen Gemme, deren Abdruck ich dem H. v. Nicolay verdanke, tragen die drei engverbundenen Weiber zwei Schwerter, zwei Fackeln, und zwei Geifseln. Noch eine bei Lippert (Suppl. 135) hat drei Häupter und zwei Arme; und trägt rechts einen Schlüffel, links eine Geifsel. Einfach, mit zwei Fackeln, den wachsenden Mond auf dem Haupt, erscheint fie bei Spanheim (Call. Dian. 11), die Gewölke hinan steigend; in anderen Abbildungen mit einer aufragenden oder gesenkten Fackel. Eusebius (praep. ev. III, 3) sah die dreigestalte Hekate in weifser und goldschimmernder Kleidung, mit brennenden Fackeln, auf den Scheiteln einen Korb (καλαθος) voll Früchte, mit ehernen Sandalen, mit Lorberzweigen und Mohn, welches alles zum Sinbilde des Mondes gehören sollte, und endlich mit dem Bogen der Geburtshelferin Artemis. Dafs Mystik und Künstlerlaune weit mehrere Vorstellungen ausgeheckt, schliefst man schon aus den gegebenen in Schrift und Bild. Denn grade im Zeitalter der aufblühenden Kunst verbreitete sich aus den Schulen der Weltweisheit so viel Licht, dafs selbst die Priester, nach fruchtloser Abwehr, ihre seltsamen Sagen und Gebräuche für den Gemeinsinn zu enträzeln, und die rohen Gottheiten der Urväter in vielfache

Sinnbilder des Einen Naturgottes zu erneun, sich bequemten.

Jezt wurden des vielnamigen Weltgeistes wirksamste Erscheinungen in Sonne und Mond den Zwillingen Apollon und Artemis, als Obwaltern des Verderbens und Heils, übertragen; die zur Mondgöttin gedeutete Artemis aber, weil der Ausfluſs des Mondes die Zauberkräfte zu verstärken schien (Luciań. VI 669) erhielt auch der thracischen Segensgöttin, der in Himmel, Meer und Erde herschenden dreifachen Hekate Namen und Aemter: daſs die jetzt verbundene Dreigöttin am Himmel Selene, auf der Oberwelt Artemis, und unter der Erde Hekate hieſs (Schol. Aristof. Plut. 594. Phurnut. 32. 34. Serv. Aen. IV, 511). O Selene, des silbernen Mondwagens Lenkerin, läſst Nonnus (Dionys. XLIV, 191) ausrufen, Du seist nun Hekate, die Nachts, vom Gebell der Hunde erfreut, die Fackel schwingt, oder die Hirschjägerin Artemis! Häufig werden nur zwei der vereinigten Göttinnen genannt, und die dritte hinzu gedacht. Als Artemis-Hekate bezeichnet sie die orfische Argonautik v. 933, verschieden jedoch v. 972 von der eigentlichen Hekate mit drei symbolischen Stierhäuptern; imgleichen Sofokles sowohl in der oben erklärten Stelle Oed. T. 160, als Trach. 218, wo Artemis im Charakter der Hekate zwei Fackeln trägt; auch Euripides (Phoen. 110.) nennt Hekate der Leto Kind, wie Aristofanes (Ran. 136) des Zeus Tochter; und bei Statius (Theb. XII, 129. Achill. I, 344) heiſst die Jagdgöttin Hekate.

Als Selene-Hekate gewährt sie der vom Scholiasten des Apollonius III, 1214 erhaltene Chor des Sofokles:

Helios, Herscher, und heilige Glut,
Der Wegobwalterin Hekate Wehr,
Die durch den Olympos oft und die Erde
Sie trägt, bewohnend die heiligen Dreiweg',
Unkränzt von der Eich', und die Schulter voll
Von regem Drachengewimmel.

Eine Artemis-Selene finde ich zuerst in einem Fragmente des Aeschylus (Galen. morb. epidem. 6), wo dem Sonnenglanze das gestirnte Antliz der latonischen Jungfrau entgegensteht; bei Euripides wird sie (Suppl. 992) im Mondwagen von ihren Nymfen (die sie als Jagdgöttin hat) begleitet, und (Iphig. Aul. 1570) so angerufen:

O gewildmordende Artemis, Tochter Zeus,
Die du das leuchtende Licht in der Nacht umdrehst!

Phöbe für Diana und Luna sagen die Römer häufig; Die Griechen erst in der spätesten Zeit und selten.

Auch an dieser Dreidoppelung, wie sich erwarten liefs, genügte es den schwungreichen Allegorikern nicht; sondern was jede der drei Göttinnen noch für sich durch Umdeutung gewinnen konnte, das alles ward dem verbundenen Sinnbilde beigelegt.

Am häufigsten gefiel es, die unterirdische Hekate mit der Persefone zu vermischen, die auch an dem mystischen Namen Brimo oder Obrimo Antheil hatte; und die dreifache Hekate, sagte man, sei Selene, Artemis, Persefone zugleich (Serv. Aen. IV, 511. Prud. c. Symm. I.), oder mit Lucan (VI, 709), Persefone sei der Hekate letzter Theil. Aus dieser Vermischung flossen im orfischen Hymnus (XXVIII) mehrere Beinamen: die Eingebohrene, womit auch Oppian (Hal. III, 489) sie ehrt, die das Thor der Unterwelt hütet, die Lichtträgerin, die gehörnte (als Mondgöttin); in einem anderen Hymnus (Schol. Apoll. III, 468) ward. Hekate der Deo Tochter vom starken Vater genannt. Ein Scholiast Theokrits (II, 12) macht die Hekate zur Schwester der Persefone: Zeus habe sie mit der Demeter gezeugt, vorzüglich an Kraft und Gröfse, und zur Aufsuchung der Persefone unter die Erde gesandt; jezt heifse sie Artemis, und Hüterin, und Fackelträgerin, und Lichtträgerin, Unterirdische. Schon Euripides (Ion. 1048) grüfst die Hekate:

> Wegobwaltende Tochter der Demeter,
> Die den Wandel bei Nacht beschirmt,
> Und die Gänge des Tags!

Auf Lykofrons Ansehn, der die Weggöttin irgendwo Persefone genannt habe, erklärt auch bei Sofokles (Antig. 1199) der Scholiast ἐνοδία für Persefone, die eins mit der Hekate sei. Kallimachus (Fr. 48) tadelt diejenigen, welche den Apollon von Helios trennen, und der Deo Tochter von der Artemis; Statius (Theb. IV, 429) führt Proserpina als Diana auf; und Plutarch (fac. in orbe l.) als des Mondes

Beherscherin. Von anderen ward der Hekate Name Brimo auf die phrygische Kybele, welche Euripides (Or. 1454) *οβριμα* nennt, oder die griechische Rhea (Schol. Lykofr. 77. Theodoret. Ther. Serm. I), und auf Demeter (Klem. coh. p. 10), die Erdgöttin der Späteren, ausgedehnt. Denn diese Demeter ward wiederum mit ihrer Tochter vermischt, und, wie ein Scholiast des Euripides (Phoen. 619) und die Inschrift der Regilla (Anth. Br. II. p. 302) anzeigt, sie selbst die ältere Demeter, und jene die jüngere, genannt (vergl. Spanh. bei Kallim. Cer. 133): worauf der orfische Ausdruck (H. 39), unterirdische und erscheinende Demeter, und bei Statius (Theb. IV, 460. V. 156) der Proserpina Benennung, tiefe und untere Ceres, sich bezieht. Kein Zweifel also, dafs bei Euripides (Herc. f. 615) die unterirdische Hekate in Hermion als eine Hekate zu betrachten sei; zumal da die Lakoner den Dienst ihrer *χθονια Δημητηρ* (Pausan III, p. 186) von Orfeus ableiteten, und bei Sofokles (Oed. C. 1548) die unterirdische Göttin, *νερτερα θεος*, welche mit Hermes die Todten führt (vergl. Stat. Theb. IV, 481), offenbar Hekate ist. So konnte die mystische Allwalterin Hekate von Sofokles (Oed. T. 160) erdumfassende Artemis, und im Hymnus des Proklus vielnamige Göttermutter, gegrüfst werden. Und so versteht man, was der Scholiast des Statius (Theb. IV, 144) will: Hekate ist dreiförmig, weil dieselbe für die Göttermutter, für Proserpina, und für die Erde oder Vesta, (er meint für die Göttin des Himmels, der Erde und des Schattenbezirks), gehalten wird.

Da sich einmal die Vorstellung einer durch die ganze Natur Segen und Unsegen austheilenden Hekate befestigt hatte; so geschah es leicht, dafs sie nicht allein mit der neueren Glücksgöttin Tyche, welche Macrobius (Sat. I, 19) auf sie als Mondgöttin deutet, sondern mit der Erd- und Naturgottheit unter allen übrigen Benennungen, Fysis (Orf. H. 9), Gäa (H. 25), Hestia oder Vesta (H. 81), Afrodite (H. 54), und so ferner, und, durch den erweiterten Begriff der Artemis (Orf. H. 35. Phurnut. 34) und der Selene, mit der Geburtshelferin Eileithya, des Orfikers Prothyräa (H. 1), der Here, als Juno Lucina, der Isis, und anderen örtlichen Schuzgottheiten, zusammenschmolz. Jezo wird die orfische Anrufung an Hekate, die, verglichen mit den catonischen Opferformeln, bei einem ländlichen Sühnopfer von einem Haupte der Berghirten gesungen zu sein scheinet, ohne Anstofs gehört werden:

Göttin der Pfad', ich rufe dich Hekate,
holde des Dreiwegs,
Fürstin des Himmels, der Erd' und des
Meers, im Safrangewande,
Welche die Gräber durchtobt, mit Seelen Gestorbener schwärmend,
Perses Kind, von Hunden umbellt, unermefslich an Obmacht,

Farrenpflegerin du, die des Weltalls Schlüssel beherrschet,
Führerin, Nymfe, die Jugend ernährt, und Gebirge durchwandelt:
Jungfrau, nahe, wir flehn, zu dem Fest der heiligen Sazung,
Stets mir Rinderhirten geneigt mit frölichem Herzen!

Imgleichen was Hekate in einem Orakelspruche bei Eusebius (praep. ev. IV in fine) von sich selbst rühmt:

Ich bin in vieler Gestalt die himmelwandelnde Jungfrau,
Farrengehörnt, dreihauptig, mit goldenen Pfeilen entsezlich,
Föbe von mancherlei Kunst, lichtbringende Eileithya,
Die dreifacher Natur dreistoffige Fügungen träget:
Gleich dem Aether erscheinend im feurigen Glanz der Verklärung,
Schweb' ich über der Luft auf silberblinkenden Rädern,
Aber es lenkt die Erde der dunkelen Hunde Geschlecht mir.

Endlich wie bei Apulejus (met. XI. p. 257.) die angerufene Luna aus einer Wolke von Umdeutungen sich enthüllt. O Königin des Himmels, wird gefleht, du seist nun die ernährende Ceres in Eleusis; oder die Zeugerin aller Dinge und des Menschengeschlechts, die himmlische Venus in Pafos; oder des Phöbus Schwester, die als geburtlindernde Völkererzieherin in Efesus verehrt wird; oder die durch nächtliche Jammerstimmen furchtbare Proserpina, die in dreifacher Gestalt den Anfall der Gespenster hemmt, und die Klüfte der Erde verschlifst! Worauf die Göttin, in geheimnisvoller Erscheinung, antwortet: Hier bin ich, Mutter Natur, aller Stoffe Gebieterin, und der Zeugungen Ursprung, oberste der Mächte, Königin der Manen, erste der Himmlischen, der Götter und Göttinnen einförmige Gestalt, ich die den Himmel, das Meer, die Unterwelt mit dem Wink ordnet; deren Einige Macht, in vielfacher Offenbarung, mit mannigfaltigen Gebräuchen und Namen gefeiert wird: mich nennen die Phrygier Göttermutter, die Attiker Minerva, die Cyprier Venus, die Kreter Diktynna Diana, die Sikuler stygische Proserpina, die Eleusinier Ceres, Juno andere, Bellona andere, Hekate diese, und jene Rhamnusia; die Ostäthiopen aber und Arier, und die Aegypter mit Weisheit des Alterthums und eigenen

Anbetungen, grüfsen mich wahrhaft als Königin Isis.

Sonderbar ist es gleichwohl, dafs bei allen diesen Anwüchsen doch niemals aus der dreifachen Gottheit eine aus der heiligen Zahl Sieben oder Neun vermehrte, oder, wohin die Deutung ihres Namens von ἑκατον führen konnte, eine hundertfältige herauskam; und dafs, so gerne man auch die Dreiheit aus drei Mondwandlungen enträzelte, doch weder von einer dreifachen Selene, noch von einer dreifachen Persefone, oder sonst einer dreifachen Mitgenossin, geredet ward. Es war und blieb die dreifache Hekate, jene altthracische oder pelasgische, zuerst einfach, dann dreiförmig gebildete Obwalterin des Heils in Himmel, Erde und Gewässer, oder, wie andere sagten, im Himmel, auf der Erde, und unter der Erde. Es war und blieb die dreifache Artemis, die, als altachäische Segensgöttin, besonders der Jagd und der Heerden, durch hinzugedeutete Kräfte der himmlischen Selene und der unterirdischen Persefone, einer Vergleichung mit jener dreimalheiligen würdig geworden war. Und noch auffallender, wenn in Mysterien etwas auffallen darf: oft ward neben der dreifachen thracischen Hekate zugleich die achäische Artemis, und sogar wiederum dreihauptig, dargestellt; ungefähr wie manchmal neben dem Olympier Zeus Kronion der aus Phrygien eingeführte Zeus Ombrios oder Sabazios, den der Römer als Jupiter Pluvius unter den Feldgöttern verehrte. In der orfischen Argonautik wird v. 900 zur Versöhnung der thürhütenden

lautjagenden Artemis, die nachher v. 933 den Beinamen munychische Hekate hat, aus der Unterwelt v. 973 die wahre dreihauptige Hekate, samt der mit ihr sonst vermischten Natur- und Erdgöttin Pandora, gebannt; worauf v. 981 das Bild der Artemis die (hekateïschen) Fackeln senkt, die Augen erhebt, und ihre (hekateïschen) Hunde besänftiget. Virgils Priesterin (Aen. IV, 511) beruft zur magischen Feierlichkeit, nach den alten Gottheiten des Erebus und Chaos:

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.

Hekate, dreifach geformt, dich, dreifach an Haupt, o Diana.

Mit welchen Worten auch Ausonius (Griph. 18.) beide Göttinnen als besondere uns vorführt. Ovids Medea (Met. VII, 192) fleht der Nacht, den Sternen und der Luna, und zugleich der dreihauptigen Hekate, und der Erde, welche der Orfiker Pandora nannte. Ebenso ruft das theokritische Zaubermädchen, nach der am Himmel leuchtenden Selene, v. 14 die unterirdische Hekate an, und v. 33 wieder die mit beiden gemischte Artemis, die im Schattenreich Gewalt ausübt.

Voss.

Pindar's
Erster Olympischer Siegeshymnus

metrisch übersetzt

von

G. F. Grotefend,

Prorektor am Gymnasium zu Frankfurt am Main

1804.

Pindar's
Erster Olympischer Siegeshymnus
metrisch übersetzt

von
G. F. Grotefend,
Prorektor am Gymnasium zu Frankfurt am Main
1804.

Ein deutscher Gelehrter, dessen Urtheil das höchste Gewicht hat, soll in einem seiner Collegien ungefähr folgendes über die Uebersetzungen Pindar's geurtheilt haben: "Die Uebersetzungen des Pindaros „sind schwer zu machen, und wer ihn recht kennt, „wird nicht daran denken. Gemeiniglich treibt man „nur Staat damit. Die drolligsten sind die Französischen, welche von Prosa und Wasser über„schwemmen. Die Engländer überladen den Pin„daros mit poetischen Ausdrücken. In Gilbert „West's Uebersetzung erkennt man den Pindaros „nicht mehr; eben so unbedeutend sind die Ver„suche von Gurlitt und Gedicke. Wer ihn ins „Deutsche übersetzen will, mufs ein äufserst feines „Gefühl für Rhythmus haben, für die Harmonie „der Verse und ihren besondern Charakter. Aber „was gehört dazu, den Charakter des Pindaros bei„zubehalten? Wie im Griechischen, müssen die „Worte ihre ganze Stärke im Deutschen behalten; „es darf kein Fufs zu viel, keiner zu wenig seyn: „eine Sache, die sich nur durch die genaueste „Kenntnifs der Metrik, durch Verstand und geläu„terte Sinne, hervorbringen läfst."

So abschreckend dieses Urtheil lautet, so habe ich dennoch einen Versuch gewagt, die höchste Aufgabe für deutsche Dichter zu lösen, und in einem Beispiele zu zeigen, wie biegsam die deutsche Sprache zur treuen Darstellung griechischer Gedichte sey. Ich habe dazu den ersten Olympischen Siegeshymnus, wovon wir vor nicht langer Zeit auch von Bitaubé einen Uebersetzungsversuch erhalten haben, darum gewählt, weil er die gröfsten Schwierigkeiten von Seiten der Kritik und Metrik zugleich in sich vereiniget. Denn da es mir vorzüglich darum zu thun ist, zu zeigen, dafs eine möglichst vollkommene Uebersetzung der Pindarischen Hymnen in denselben Rhythmen kein Ding der Unmöglichkeit sey; so ist keiner geschickter dazu, als der gewählte, weil man, wenn dessen metrische Uebersezzung nur einiger Mafsen gelungen ist, an der guten Uebersetzung der übrigen um so weniger verzweifeln darf. Wie glücklich ich in diesem Punkte gewesen bin, erwarte ich vorzüglich von denjenigen Kennern zu erfahren, welche nicht sogleich jede Abweichung von der gewöhnlichen Ansicht der Sachen als tadelhaft verwerfen, und billig genug sind, auf die Menge der zu überwindenden Schwierigkeiten Rücksicht zu nehmen.

Auf weitläufige Rechtfertigungen meiner kritischen, hermeneutischen und metrischen Ansichten kann ich mich hier nicht einlassen: warum ich aber von Herrn Hermann's Bestimmung der Pindarischen Rhythmen abweiche, darüber sey mir nur ein Paar Worte zu reden vergönnt. In einem Kunstwerke, welches auf Schönheit Anspruch macht, müssen die einzelnen Theile zu einem harmonischen Ganzen zusammenstimmen, mithin mufs in der Mannigfaltig-

keit des Metrums Einheit des Rhythmus bemerkbar seyn. Der herrschende Rhythmus mufs daher in einem lyrischen Gedichte, zuerst aufgesucht werden, ehe man es wagen darf, über das Metrum einzelner Verse zu entscheiden. Diese Wahrheit ist bisher noch von allen übersehen, und darin liegt allein der Grund, warum es auch dem Herrn Hermann nicht gelungen ist, das Metrum der Pindarischen Hymnen überall richtig herzustellen. Im ersten Olympischen Siegeshymnus herrscht unstreitig der antispastische Rhythmus, und diesem schwersten aller Rhythmen mufs das Metrum jedes einzelnen Verses angepafst werden. Den Beweis darüber verspare ich, wenn er verlangt wird, auf eine andere Zeit, und bemerke nur diefs, dafs es daraus allein erklärlich wird, warum hier Pindar wider seine Gewohnheit die Trochäen nicht mit Spondeen abwechseln läfst.

Wegen der Uebertragung griechischer Rhythmen in die deutsche Sprache habe ich nun noch das zu erinnern, dafs man nicht sowohl auf die Quantität einzelner Sylben oder Füfse als auf die Qualität der Metren oder Versglieder sehen mufs. Metrum heifst, worauf man noch nicht genug geachtet hat, das Fortschreiten von einer gleichartigen Arse zur andern. Sind sich alle Arsen einander gleich, so enthält die rhythmische Reihe so viel Metren als Füfse; wo aber die Metren aus Dipodien bestehen, da wechseln stärkere und schwächere Arsen mit einander ab. Auf die richtige Uebertragung dieser Arsen kömmt es in einer metrischen Uebersetzung vorzüglich an, und dadurch allein wird es möglich, sieben kurze Sylben, wor-

unter die mittelste durch eine stärkere Arse hervorgehoben wird, auch im Deutschen wieder zu geben. Ein feines Ohr mag es aus meiner Uebersezzung beurtheilen; in wie fern meine aufgestellten Grundsäze Richtigkeit haben.

Rhythmus der Strophen und Antistrophen*).

1. ∪ —́ —́ ∪ | ∪ —́ ∪ ⏓ || —́ ∪ —́ ∪ | ∪ —́ ⏓

2. ∪ ∪́ ∪ —́ ∪ —́ || —́ ∪ ∪ —́ ∪ ∪ | —́ ∪ ∪ —́ ⏓

3. —́ | ∪ —́ ∪ —́ ∪ | ⏓ || —́ ∪ —́ ∪ | ∪ —́ ⏓

4. —́ | ∪ —́ ∪ —́ ∪ | ⏓ || —́ ∪ —́ ∪ | ∪ ∪́ ∪ —́ ∪

5. —́ | ∪ —́ ∪ —́ ∪ || ∪ —́ —́ ∪ —́ | ∪ ⏓

6. —́ | ∪ —́ ∪ —́ ∪ || —́ ∪ —́ ∪ | ∪ —́ —́ ∪ ⏓

7. ∪ ∪́ ∪ ∪́ ∪ ∪ | ∪ —́ ∪ —́ | ∪ —́ ∪ ⏓

8. ∪ —́ ∪ ∪ —́ ∪ —́ | ∪ ∪́ ∪ ⏓

9. ∪ —́ —́ ∪ —́ | ∪ —́ ∪́ ∪ ∪ ⏓

10. ∪ —́ ∪́ ∪ ∪ —́ | ∪ —́ ∪ ⏓

---

*) Die stärkere oder Haupt-Arse ist durch einen längern Strich bezeichnet.

Rhythmus der Epoden.

1. 

2. 

3. 

4. 

5. 

6. 

7.

8. 

9.

10. 

11.

12. 

Erste Strophe.

Der Preis bleibet dem Wasser: und
Gold, wie loderndes Feuer
In der umwölkten Nacht
Strahlt es empor aus erhöhendem Reichthum.
Aber wünschest du, mein Geist,
Siegespreise zu singen;
O! so suche kein Gestirn,
Das erwärmender als die Sonne
Durch die Aetherwüste
Daherstrahlt im Tagesglanz:
Keinen Kampf auch lasst uns
Höher preisen als ihn, Pisa's Kampf.
Wo der gepriesene Gesang herschwebend sich
umhüllt
Der Denkkraft der Weisen, zu erhöhn
Den Zeus, wenn zum reichen seligen Palast
Wir kommen, in die Wohnung Hiero's.

Erste Antistrophe.

Den Rechtwaltenden Scepter führt
Er auf Heerdenerfüllter
Sicilianerflur,
Jeglicher Tugenden Aehren sich pflückend.
Hochverherrlicht wird er auch
Durch die Blüthe der Tonkunst,
Wie wir oft sie scherzend streun
Beim vertraulicheren Gelage.
Doch der Dorer Leyer
Allein nimm vom Nagel nun,
Wenn dir ja die Wonne
Pisa's, wenn Pherenik's Rennerruhm

Da mit den süfsesten Gefühlen Herz und Sinn
erhob,
Als er am Strom Olympia's hinflog,
Den Leib ungespornt hinstreckend in der Bahn,
Und siegend des Triumphes Kranz errang

Erster Epodos.

Dem Herrn von Syrakus, dem Rofsliebenden
König.
Nun strahlet hell sein Ruhm,
Wo Pelops sich die Volkblühende Colonie er-
rang;
Er, vom starken Landumgürter
Poseidon geliebt,
Als einst ihn dem hellblinkenden Zauberkessel
Klotho enthob; schön dann die Schulter
Strahlte vom Glanz weifsen Elfenbeins. —
Ha! viel sind der Wunder!
Auch täuscht wohl oft der Menschen Herz
Ein Mährchen, im buntfarbenen
Gewand mancher Dichtungen herausgeschmückt
Ueber die wahre Sage.

Zweite Strophe.

Der Reiz, welcher den Sterblichen
Alle Dinge versüfset,
Hat er nicht öfter schon,
Unter dem Schleier der Würde, zu glauben,
Was unglaublich ist, erdacht?
Doch der weiseste Zeuge
Bleibet stäts die Folgezeit,
Menschen ziemet es von den Göttern

Immer gut zu reden:
Die Schuld ist dann minder grofs.
Drum, o Tantalide,
Sing' ich gegen der Vorzeit Geschwätz:
Da bei dem heiligen Gesellschaftsmahl dein Vater einst,
Als Gastfreund der Götter im Olymp,
Den Festschmaus im lieben Sipylum vergalt,
Da führte dich der Dreizacksschwinger fort.

Zweite Antistrophe.

Das Herz unter der Liebe Joch
Beugend, fuhr er den Liebling
Mit sich im Goldgespann
Auf zu des Zeus hochverehrtem Palaste:
Wo für Zeus auch späterhin
Ganymedes hinaufkam,
Ihm zu gleichem Dienst geraubt.
Als verschwunden du nun erschienest,
Keines Mannes Forschen
Zurück dich der Mutter gab;
Sprach sogleich der Nachbarn
Einer heimlich aus Mifsgunst dir nach:
Dafs bei der siedenden Gewalt des Wassers auf der Glut
Den Leib man mit Messern dir zerschnitt,
Und dann endlich um die Tafeln hingestreckt
Vertheilete dein Fleisch, und gierig afs.

Zweiter Epodos.

Mir dünket es ein Wahn; so schlingsüchtigen Götter
Erzählung wag' ich nicht.

Wie oft faſste die Schmähsüchtigen des Verderbens Loos!
Ehrten einen Erdbewohner
Olymps Wächter je,
So war's wohl gewiſs Tantalus. Dieser aber
Konnte des Glücks Gröſse nicht tragen;
Frevelnd im Rausch lud er einst auf sich
Schwerlastende Strafe,
Die Zeus verhängt hat über ihm
Durch einen gewichtvollen Stein:
Dem stäts fürchtend, ihm schmetter' er bald das Haupt,
Irret er ab vom Frohsinn.

Dritte Strophe.

Er lebt, ohne der Rettung Strahl,
Nun selbvierte mit dreien,
In der unendlich ihn
Märternden Qual: denn den Ewigen stahl er
Nektar und Ambrosia;
Gab dann sterblichen Gästen,
Was Unsterblichkeit ihm lieh.
Ha! wie trüget sich doch ein Mann, der
Hofft, vor Göttern bleibe
Geheim, was er still verübt!
Drum entsandten auch die
Götter wieder den Sohn ihm zurück,
Zu dem verwesenden Geschlecht des schnellverblühten Volks.
Sobald ihm bei blühender Gestalt
Das Milchhaar sein Kinn nun dunkeler umzog,
Da trachtete sein Herz nach Pisa hin,

Dritte Antistrophe.

Zur ruhmvollen vom Vater dort
Ausgebotenen Gattinn
Hippodamia, trat
Einsam im Dunkel an's schäumende Meer, und
Rief zum Dreizacksschwinger laut.
Tiefaufbrausend erschien er
Nah zu Füfsen ihm sogleich.
Auf! so flehet' er zu Poseidon,
Wenn der Venus holdes
Geschenk je genehm dir ist;
Pisa's Fürsten hemme
Dann den ehernen Speer, führe mich
Auf des enteilenden Gespannes schnellstem Wagen
hin
Zur Stadt Pisa, schaffe mir den Sieg,
Dieweil jener dreizehn Liebende durchstach,
Und immer noch der Tochter Eh verspart.

Dritter Epodes.

Die drohende Gefahr ist Weichlingen Verderben,
Doch Helden trifft sie nicht.
Der Tod drohet ja doch Sterblichen unentfliehbar stäts.
Was verzehr' ich hohes Alter
Umsonst ohne Ruhm,
Im Schoofs dunkler Nacht, ferne von allem Aedeln?
Nicht doch! den Kampf werd' ich bestehen;
Lafs nur erwünscht dessen Ende seyn,
So sprach er, und rührte
Nicht unerhört mit Worten ihn.
Ihn krönend mit Ruhm gab der Gott

Den Goldwagen ihm, sammt dem Gespanne, das
Rastlos im Flug' enteilte.

Vierte Strophe.

Besiegt hatt' er Oenomaus,
Nahm zur Gattinn die Jungfrau,
Und sie gebar ihm sechs
Tugendbeflissene Führer der Völker. —
Nun wird er zu herrlichen
Todtenopfern gesellet,
Ruhend, wo Alpheus strömt.
Beim besuchtesten der Altäre
Ist umwandelt immer
Sein Grab: aber fernhin strahlt
Der Olympiaden
Ruhm in Bahnen, von Pelops geweiht,
Wo die behendeste Gelenksamkeit der Füsse
kämpft,
Der Kraft kühnerduldende Gewalt.
Hernach aber hat der Sieger in dem Kampf
Den süfsesten Genufs der Ruhezeit.

Vierte Antistrophe.

Er hat, weil er den Sieg errang,
Immer tagende Wonne,
Und für die Menschen ist
Dieses das Höchste. Zu kränzen geziemt mir,
Nach des Rosselaufs Gesetz,
Durch äolischen Hymnus,
Solchen Freund; doch glaub' ich auch,
Dafs kein anderer in dem Aedeln
Mehr erfahren oder
An Macht mehr erhaben sey,

Der noch durch der Hymnen
Falten herrlich geschmückt werden wird.
Wie doch die waltende Regierung Gottes, Hiero!
Mit Sorgfalt die Wünsche dir gewährt!
Wenn willfahrend sie noch lange so verweilt,
So hoff' ich noch auf süfsern Liederpfad:

Vierter Epodos.

Zu preisen, wie ich selbst auf rascheilendem Wagen
Dir, meinem Gönner! Sieg
Verliehn sah von Saturns Hügel, der in die Ferne blickt.
Nährt die Muse zwar das stärkste
Geschofs mir mit Kraft,
Und sind andre grofs andersworin: das Höchste
Thürmet sich doch blofs für die Fürsten;
Weiter hinaus blicke nimmer auf.
O wandertest du doch
Stäts diese Zeit auf hoher Bahn,
Und wandelt' ich selbst, immerhin
An Dichtkunst hervorleuchtend in Griechenland,
Unter so grofsen Siegern!

Sodalium Honorariorum,

qui

Societati Latinae

inde ab ejus instauratione anno 1800 adscripti sunt,

Nomina.

Josephus de Gautieri,

Novaranus, Medicinae Doctor.

Carolus Gottlob Kühn,

Med. D. ac Professor P. O. in Acad. Lipsiensi.

Jo. Joachim Bellermann,

Theol. ac Philos. Prof. in Acad. Erfordiensi, nunc Gymnasii Berolinensis Director.

Godofredus Henricus Schäfer,

Philos. Doctor Lipsiensis.

Hieronymus de Bosch,

Amstelodamensis, Academiae Lugduno-Batavae Curator.

Fridericus Aug. Carus,

Philos. Professor et Theol. Baccalaureus in Acad. Lipsiensi.

Jo. Fridericus Haberfeld,

V. D. Min. ap. Neukirchenses prope Misniam, nunc Ephorus Eckartsbergensis.

Chr. Godofr. Müller,

Scholae Episcop. Cizensis Rector.

Jo. Carol. Henr. Ackermann,

Med. D. et Physicus Civitatis Ossitiensis.

Carol. Henr. Tzschucke,

Afranei, quod Misniae est, Rector.

Jo. Fridericus Roos,

Philos. P. P. O. in Acad. Giessensi.

Carolus Guiliel. Justi,

Theologiae Doctor et Professor, sacrorumque Antistes Marburgensis.

Georg. Frider. Creuzer,

Consil. aul. et Eloqu. Professor in Acad. Heidelbergensi.

Carol. Frider. Ferd. Gruner,

Medicinae et Chirurgiae D. Jenensis.

Jo. Carolus Herold,

Gymnasii ill. Islebiensis Rector.

Carol. Godofr. Siebelis,

Scholae Episcop. Cizensis Conrector, nunc Rector Budissensis.

Christoph. Gottl. König,

Afranei Misenensis Collega III.

Jo. Caspar Frider. Manso,

Rector et Professor Gymnasii Magdalen. Vratislaviensis.

Carolus Frider. Heinrich,

Eloquentiae Professor Kiloniensis.

Chr. Guiliel. Mitscherlich,

M. Brit. Regi a Consil. aul. et Philos. Professor P. O. in Acad. Gottingensi.

Fridericus Jacobs,

Gymnasii Gothani Professor.

Fridericus Schlichtegroll,

Museo numismatico ap. Gothanos Praefectus.

Chr. Gottl. Heyne,

M. Brit. Regi a Consil. justit. intimis et Eloqu. ac Poës. Professor Gottingensis.

Lazarus Samssich de Sárd,

Augusto Francisco II a consiliis et aulae familiaris, Pesthini.

Conradus Josephus Kilian,

Medicinae Doctor et Professor Bamberg.

Frider. Guiliel. de Ketelhodt,

Schwarzburg-Rudolstad. Procancellarius et Praeses Consistorii Francohusani etc.

Chr. Fridericus Matthaei,

Prof. ling. graec. Vitebergensis, nunc Mosquensis, Aug. Imp. Russ. a Consil. aul. etc.

Traugott Krug,

Philos. Doctor, nunc Professor Regiomontanus.

Carolus Franciscus Alter,

Professor et Custos Bibliothecae Caesareae Vindobonensis.

Jo. Gottl. Schneider,

Professor Eloqu. et Philolog. Francofurt.

Carolus Morgenstern,

Eloqu. Professor in Athenaeo Gedan., nunc Dorpatensis, Consiliar. aul. etc.

Frider. Theodor. Rink,

Theol. et Philos. Doctor et Prof. Gedanensis.

Jo. Chr. Frider. Harles,

Medic. Doctor et Professor Erlang.

Joannes Gurlitt,

Director et Professor Scholae Bergensis, nunc Hamburgensis.

Georg. Chr. Brendel,

Philos. Doctor et Rector Scholae Isebergensis.

Christoph. Godofr. Bardili,

Consil. aul. et Professor Stuttgart.

Fridericus Roth,

Jurium Doctor Stuttgart.

Theodor. Theophil. Carol. Keysner,

Ecclesiae Orphanotrophei Meiningensis Pastor et Scholarum paganarum Inspector.

Jo. Frider. Guiliel. Motz,

Lycei Meiningensis Rector.

Michael Tertina,

Professor primar. Regius Archigymnasii Magno-Varadini in Hungaria superiore.

Conradus Gottlob Anton,

Professor linguar. Oriental. Vitebergensis.

Carol. Theophilus Anton,

Conradi Gottl. f., Philos. Doctor et Adjunct. Ordini Philosophorum Viteberg.

Jo. Christian. Henrici,

Eloqu. Prof. P. O. in Acad. Vitebergensi.

Carolus Gottlob Sonntag,

Pastor prim. aedis s. ad S. Jacobum ap. Rigenses, nunc supremus sacrorum Antistes.

Jo. Guiliel. Fridericus Hezel,

olim Giessensis, nunc Professor in Acad. Dorpat., Consil. aul. etc.

Jona Guiliel. te Water,

Theol. et Hist. Eccles. Prof. in Acad. Lugduno-Batava.

Daniel Wyttenbach,

Literarum humaniorum in Acad. Lugd. Batava Professor et Bibliothecarius.

Diam. Coray,

Smyrnensis, Civis Francicus, Med. Doctor.

Conradus Mannert,

Histor. Prof. ordin. in Acad. Altorfina, nunc Wirceburgensi.

Guiliel. Theophil. Tilesius,

Philos. et Medic. Doctor Lips., nunc Aug. Imp. Russ. a Consil. aul. etc.

Jo. Conrad. Schaubach,

Inspector Lycei Meiningensis.

Jo. Matthias Schultz,

Prof. Kiloniensis extraordinar.

Fridericus Guiliel. Sturz,

Eloqu. Prof. in illustr. Ruthenco, nunc Rector Scholae provinc. Grimmanae.

Anton. Jo. Hartmann,

Philos. et Med. Doctor circuli Crumspreensis Physicus in Lusatia inferiore, et instituto obstetricio Praepositus Lectorque primarius.

Gotthelf Fischer,

Professor et Bibliothecarius Moguntinus, nunc Aug. Imp. Russ. a Consil. aul. et Professor Mosquensis.

Anton. Aug. Henr. Lichtenstein,

Theol. Doct. et Prof. Helmstadiensis.

Chr. Theophil. Wernsdorf,

Philos. in Acad. Julio-Carolina Professor.

Dit. Joach. Theodor. Cunze,

Scholae Schöningens. Rector.

Georg. Ludov. Spalding,

Gymnasii Berolino-Coloniensis Professor.

Ludov. Frider. Heindorf,

Gymnasii Berolino-Coloniensis Professor.

Augustus Matthiae,

Philos. Doctor, Gymnasii Alteburg. Director et Bibl. Ducal. Custos.

Philippus Buttmann,

Professor Berolinensis.

Christianus Fridericus Moeller,

Pastor Gleinensis prope Cizam.

Gabriel Godofr. Bredow,

Scholae Utinens. Rector, nunc Histor. Professor Helmstad.

Chr. Jul. Guiliel. Mosche,

Gymnasii Francofurt. ad Moenum ProRector, nunc Rector Lubecensis.

Jo. Henr. Jacob. Nast,

Professor Gymnasii Stuttgartiensis.

Jo. Chr. Guiliel. Dahl,

Prof. ling. Graec., nunc Theologiae, in Academ. Rostochiensi.

Chr. Ferdin. Schulze,

Professor Gymnasii Gothani.

Frider. Chr. Krügelstein,

Rector Gymnasii Ordrufiensis.

Ludovicus Hoerstel,

Doctor Philos. et Prof. Gymnasii Brunsvicensis.

Antonius Drexel,

Professor Philolog. et Bibliothecar. in Academ. Landshut.

Chr. Guiliel. Overkamp,

Philos. et Med. D. et Philosoph. Ordini in Acad. Gryph. Adjunctus.

Fridericus Koch,

Lycei Gedinensis Rector.

Michael Feder,

Phil. ac Theol. Doctor, Consiliarius Ecclesiasticus in Universitate Wirceburgensi, Theol. moralis ac pastoralis, et ling. Hebraicae Professor etc.

Michael Wencisl. Voigt,

Philos. Doctor et Professor Rhetorices in Gymn. Pragensi.

Carol. Georg. Rumi,

Gymnasii Teschen. Conrector et Professor.

Laur. Frider. Leutwein,

Gymnasii Halensis Suevici Rector et Professor.

Ladislaus Liber Baro Vay de Vaya,

Caesar. et Regiae Apostolicaeque Maj. actualis Camerarius, inclyti Comitatus Bihariensis Stabolcsensis et complurium aliorum, etiam magni Principatus Transsylvaniae Comitatuum, Tabulae judiciariae primarius Assessor etc.

Fr. Henr. Ludov. Leopold,

Philos. Doctor in Acad. Viteberg.

Aug. Corn. Stockmann,

Jurium Doctor et Antecessor Lipsiensis.

Godofredus Hermann,

Eloqu. Professor Lipsiensis.

Fridericus Herrmann,

Lycei Lubecensis Conrector.

Joannes Grofs,

Mathemat. et Rhetor. Prof. in Gymn. Posoniensi.

Chr. Ehrenfr. Guiliel. Wagner,

A. M. et Pastor Mariabergensis.

Greg. Theophil. Wernsdorf,

Rector Scholae Numburgensis.

Aug. Gotth. Gernhard,

Subconrector Scholae Numburgensis.

Ludovicus de Schedius,

Aesthetices in Universitate Reg. Pesthinensi Professor.

Christian. Hartmann. Samuel a Gatzert,

Jur. D. Professor olim Giessensis, tum Hasso-Darmstadiensi Principi Elect. in re publica administranda consiliarius.

Jo. Chr. Gottlob Schaumann,

Professor Philos. P. O. Giessensis.

Georg. Chr. Fridericus Kapp,

Medicinae Doctor et Physicus Barutinus.

Chariton Andreades de Tschebotarew,

quintae classis, Universitatis Caesareae Mosquensis historiarum, moralium et eloquentiae Professor P. O. ejusdemque Bibliothecarius, ordinis S. Annae eques.

Andreas Simonyi,

inclyti Comitatus de Zabolts Tabulae judiciariae Assessor et ad excelsam Curiam Regiam advocatus.

Carolus Renatus Hausen,

Histor. in Acad. Franoofurtana Prof. P. O. et Regiae Scientiarum Societatis Praeses.

Ludovicus Völkel,

Consiliarius Aulicus, Museo et Bibliothecae Cassellanae Praefectus.

Benjamin Weiske,

A. M. Scholae Portensis nuper Conrector.

Michael Nicetides a Murawiew,

Aug. Russ. Imp. a consil. secretioribus, Russici imperii Senator, Curator Universitatis Mosquensis, Eques Ordinum S. S. Alexandri, Annae et Wladimiri.

Petrus Joannides de Strachow,

Universitatis Caes. Mosquensis h. t. Rector, quintae Classis, Physices Professor P. O., Ordinum St. Annae et St. Wladimiri Eques.

Samuel S. R. I. Comes Teleki de Szék,

Viennae.

Gabriel Henry,

Theol. Doctor, linguae Gallicae in Acad. Jenensi Lector.

Sodalium Ordinariorum Nomina.

Jo. Fridericus Henr. Schwabe,

Altstadio-Vimariensis, Theol. Cand.; nunc Pastor Wurmstadiensis. *)

Chr. Frider. Carol. Böttger,

Altstad.-Vimar. Jur. Cand.; nunc Jurium Doctor in Acad. Jenensi.

Frider. Julian. Leopold Hauschild,

Alteburgensis, Jur. Cand.

C. Christian. Frider. Krause,

Alteburgensis; Philos. nuper Doctor in Acad. Jenensi.

Georg. Fridericus Ast,

Gothanus, nunc Philologiae in Acad. Landshut. Professor P. O.

Ludovicus Walch,

Jenensis; nunc Philos. Doctor et Bibliothecarius Jenensis.

*) Munera, quae optimi viri nunc gerunt, adjeci nominibus eorum, de quorum fortuna, post ipsorum ex hac Academia discessum, certior factus sum. Caeteri quo locorum degant, quas nacti sint stationes, nescio. Vivant et hi memores Societatis; vivant memores nostri, sibique persuasum habeant, nil magis mihi esse in votis, quam ut discipulorum meorum omnium, quos quidem hoc contubernium junxerit, constans quaedam et perpetua mecum necessitudo intercedat.

Fridericus Aug. Werzner,

Lichtenstenio-Schoenburg.; nunc Med. Doctor.

Jo. Petrus Schuster,

Transsylvanus, Theol. Stud.; nunc Gymnasii Cibiniens. Professor.

Georg. Andr. Dendler,

Transsylvanus, Theol. Stud.; nunc Gymnasii Cibin. Professor.

Georg. Theoph. Auner,

Transsylvanus, Theol. Stud.

Martin. Theoph. Czay,

Transsylvanus, Theol. Stud.

Georg Paul,

Transsylvanus, Theol. Studios.; nunc Scholae Cronstadiensis Doctor.

Chr. Fridericus Hasert,

Mühla-Isenac. Historiar. Studios.

Jo. Theophil. Güldenapfel,

Vimar., nunc Philos. Doctor in Acad. Jenensi.

Chr. Godofr. Henr. Schottin,

Altstadio-Vimar., Theol. Stud., nunc V. D. M.

Bernhard. Rud. Abeken,

Osnabrugensis, Theol. Stud.

Henricus Behrmann,

Holsatus, Philol. Stud.

Jo. Fridericus Fuchs,

Themara-Francus, Med. Stud.; nunc Consil. aul. et Anatomiae Professor P. O. in Acad. Jenensi.

Frider. Ludov. Klenk,

Wichta-Cattus, Theol. Cand.

Gotth. Chr. Aug. Thieme,

Altstadio-Vimar., Theol. Stud.

Jacob. Frider. Bünger,

Variscus, Theol. Stud.

Jo. Jul. Frider. Grützmann,

Schwarzburg., Theol. Stud.

Ludovicus Purgold,

Gothanus, Theol. Stud.

J. C. Schreiber,

Isenacensis, Philol. Stud.

Jo. Henr. Laurent. Pansner,

Arnstad., Theol. Studios.; nunc Collegiorum Imper. Russicorum Assessor.

Chr. Ludovicus Trumff,

Hamburg., Philol. Stud.

Levi Loebel,

Berolinensis, Med. Stud.; nunc Doctor, artem medicam factitans Numburgi.

Matthias Liptay,

Hungar., Theol. Stud.; nunc Gymnasii Eperiensis Professor.

Mauritius Marcus,

Holsatus, Med. Stud.

Chr. Ernest. Neef,

Francofurtanus ad M., Theol. Stud.

Bernardus Ritzerow,

Megapolitanus, Med. Stud.

Frider. Chr. Ernest. Schwabe,

Wolferstadio-Vimar., Theol. Stud.

Martin. Frider. Sternhagen,

Hans Josias Sternhagen,

fratres, Schlesvicenses, Theol. Studiosi.

Antonius Luke,

Paderanus, Med. Stud.

Antonius Baumhoer,

Paderanus, Med. Stud.

Theod. Alexander de Hagen,

Werdeno-Guestphal. Med. Stud.; nunc Medicinae Doctor Wirceburg.

Jo. Caspar Ihling,

Meiningensis, Theol. Stud.; nunc Gymnasii patrii Collega III.

Chr. Frider. Lozze,

Meiningensis, Theol. Stud.

Ernestus Funke,

Gothanus, Jur. Stud.

Fridericus Barnewitz,

Megapolitanus, Theol. Stud.

Paulus Henr. Carol. Hocker,

Gothanus, Theol. Stud.

Immanuel Löffler,

Augustanus, Theol. et Philol. Stud.

Jo. Daniel Stapf,

Isenacensis, Theol. Stud.

Jo. Henr. Aug. Heinsius,

Bonneburg., Theol. Stud.

Jo. Frider. Zeyſs,

Gothanus, Theol. Stud.; nunc Gymnasii Andreani, quod Hildesiae est, Doctor.

Frider. Theoph. Zimmermann,

Vimariensis, Theol. Stud.; nunc D. Philos.

Martin. Frider. Leonhart,

Transsylvanus, Theol. Stud.

Anton Schmitson,

Bingensis, Med. et Philol. Stud.

Meno Henr. Ostermeyer,

Lubecens. Theol. Cand.; nunc D. Philos.

Frider. Guiliel. Carol. Hey,

Gothanus, Theol. Stud.

Frider. Guiliel. Schneider,

Apoldanus, Theol. Stud.

Jo. Frider. Guiliel. Thienemann,

Gothanus, Jur. Stud.

Frider. Aug. Ukert,

Utinensis, Theol. Stud.

Jo. Christoph. Tissel,

Amstelodamensis, Med. Stud.

Georg. Lebr. Pleiſsner,

Altenburg., Theol. Stud.

Ernest. Carol. Chr. Bach,

Ordrufiensis, Theol. et Philol. Stud.

Chr. Gottlob Lebr. Groſsmann,

Altenburg., Theol. Stud.; nunc D. Philos.

Jo. Samuel Gundhart,
Cibinio-Transsylvanus, Theol. Stud.

Jo. Frider. Bachmann,
Altenburg., Theol. Stud.

Carol. Jo. Frider. Elverfeld,
Curonus, Theol. ac Philol. Stud.; nunc Philos. Doctor.

Chr. Guiliel. Müller,
Meiningensis, Theol. Stud.

Chr. Frider. Lange,
Badensis, Theol. Stud.

Franciscus de Dobscha,
Hungarus; nunc Med. Doctor.

Abrahamus Voſs,
Utinensis, Theol. Stud.

Jo. Petrus Leutwein,
Suevo-Hallensis, Jur. Stud.

Paulus Schuſska,
Hungarus, Theol. Stud.

Samuel Molitoris,
Hungarus, Theol. Stud.

Jo. Seberinyi,
Hungarus, Theol. Stud.

Carol. Gottlob Zumpf,
Altenburgensis, Theol. Stud.

Jo. Chr. Fridericus Schmeisser,
Altenburg., Theol. Stud.

Ditericus Hermann,
Ulmensis, Theol. et Philol. Stud.

Samuel Baló de N. Baczon,
Transsylvano-Hungarus, Theol. Cand.

Benjamin Mokry,
Hungarus, Profess. Candid.

Martinus Hamaliar,
Hungarus, Theol. Stud.

Ludovicus Roth,
Badensis, Theol. Stud.

Carolus Eichmann,
Altenburg., Jur. Stud.

Samuel Reuſs,
Hungarus, Theol. Stud.

Michaël Katona,
Hungarus, Theol. Candidatus.

NOV 221957